

LIBER VICESIMUSTERTIUS

TIT. I

DE SPONSALIBUS

[Cf. Cod. V. 1.2.]

1. FLORENTINUS libro III. *Institutionum*.— Sponsalia sunt mentio et repromissio nuptiarum futurarum.

2. ULPIANUS libro singulari de *Sponsalibus*.— Sponsalia autem dicta sunt a spondendo, nam moris fuit veteribus stipulari et spondere sibi uxores futuras;

3. FLORENTINUS libro III. *Institutionum*.— unde et sponsi sponsaque appellatio nata est.

4. ULPIANUS libro XXXV. *ad Sabinum*.— Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia.

§ 1.—Denique constat, et absenti absentem desponderi (1) posse, et hoc quotidie fieri.

5. POMPONIUS libro XVI. *ad Sabinum*.— Haec ita, si scientibus his, qui absint, sponsalia fiant, aut si postea ratum habuerint.

6. ULPIANUS libro XXXVI. (2) *ad Sabinum*.— Si puellae tutores ad finienda (3) sponsalia nuntium miserunt, non putarem suffecturum ad dissolvendam nuptiarum spem hunc nuntium, non magis, quam sponsalia posse eos solos constituere, nisi forte omnia ista ex voluntate puellae facta sint.

7. PAULUS libro XXXV. *ad Edictum*.— In sponsalibus nihil interest, utrum testatio interponatur, an aliquis sine scriptura spondeat.

§ 1.—In sponsalibus etiam consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur; intelligi tamen semper filiae patrem consentire, nisi evidenter dissentiat, Iulianus scribit.

8. GAIUS libro XI. *ad Edictum provinciale*.— Furor quin sponsalibus impedimento sit, plus quam manifestum est, sed postea interveniens sponsalia non infirmat.

9. ULPIANUS libro XXXV. *ad Edictum*.— Quaesitum est apud Iulianum, an sponsalia sint ante duodecimum annum (4), si fuerint nuptiae collatae. Et semper Labeonis sententiam probavi existimantis, si quidem praecesserint sponsalia, durare ea, quamvis in domo loco nuptae esse coeperit (5); si vero non praecesserint, hoc ipso, quod in domum deducta est, non videri sponsalia facta; quam sententiam Papinianus quoque probat.

(1) desponsari, *Hal.*(2) XXV., *Hal.*(3) infringenda, *Hal. Vulg.*(4) XII. annos, *Vulg.*

LIBRO VIGÉSIMO TERCERO

TÍTULO I

DE LOS ESPONSALES

[Véase Cód. V. 1.2.]

1. FLORENTINO; *Instituta, libro III*.— Los esponsales son mención y promesa de futuras nupcias.

2. ULPIANO; *De los Esponsales, libro único*.— Pero dijéronse esponsales, de *spondere* [prometer], porque fué costumbre de los antiguos estipular y prometer para sí sus futuras mujeres;

3. FLORENTINO; *Instituta, libro III*.— de donde nació la denominación de esposo y de esposa.

4. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXV*.— Basta el nudo consentimiento para constituir los esponsales.

§ 1.—Finalmente, consta que también el ausente puede contraer esponsales con otro ausente, y que esto se hace todos los días.

5. POMONIO; *Comentarios á Sabino, libro XVI*.—Esto así, si los esponsales se hicieran sabiéndolo los que estén ausentes, ó si después los hubieren ratificado.

6. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXVI*.—Si los tutores de la doncella enviaron un mensajero para extinguir los esponsales, yo no creería que bastaría este mensajero para disolver la esperanza de las nupcias, así como no pueden ellos solos constituir los esponsales, á no ser acaso que todo esto se haya hecho por voluntad de la doncella.

7. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV*.—En los esponsales nada importa que se interponga atestación, ó que alguno prometa sin escritura.

§ 1.—En los esponsales se ha de exigir también el consentimiento de aquellos de quienes se requiere en las nupcias; mas escribe Juliano, que se entiende que el padre da siempre su consentimiento á la hija, si no mostrara evidentemente su disenso.

8. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XI*.—Es más que evidente, que la locura sea impedimento para los esponsales, pero sobreviniendo después no invalida los esponsales.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV*.—Pregúntase Juliano, si haya esponsales antes del duodécimo año, si se hubieren concertado las nupcias. Y siempre aprobó la opinión de Labeon, que cree, que si verdaderamente hubieren precedido los esponsales, subsisten estos, aunque la mujer haya comenzado á estar en la casa en calidad de casada; pero que si no hubieren precedido, por esto mismo, porque fué llevada á la casa, no se consideran contraídos los esponsales; cuya opinión aprueba también Papiniano.

(5) in domo nupta esse coeperit, *Vulg.*

10. IDEM *libro III. Disputationum.*—In potestate manente filia pater sponso nuntium remittere potest, et sponsalia dissolvere; enimvero si emancipata est, non potest neque nuntium remittere, neque quae dotis causa data sunt, condicere; ipsa enim filia nubendo efficiet dotem esse, condictionemque extinguet, quae causa non secuta nasci poterit, nisi forte quis proponat, ita dotem patrem pro emancipata filia dedisse, ut, si nuptiis non consentiret vel contractis, vel non contractis (1), repeteret, quae dederat; tunc enim habebit repetitionem.

11. IULIANUS *libro XVI. Digestorum.*—Sponsalia, sicut nuptiae, consensu contrahentium fiunt; et ideo sicut nuptiis, ita sponsalibus filiamfamilias consentire oportet.

12. ULPIANUS *libro singulari de Sponsalibus.*—Sed quae patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur.

§ 1.—Tunc autem solum dissentiendi a patre licentia filiae conceditur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat.

13. PAULUS *libro V. ad Edictum.*—Filiofamilias (2) dissentiente sponsalia nomine eius fieri non possunt.

14. MODESTINUS *libro IV. Differentiarum.*—In sponsalibus contrahendis aetas contrahentium definita non est, ut in matrimoniis; quapropter et à primordio aetatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint minores, quam septem annis.

15. IDEM *libro singulari de enucleatis casibus.*—Tutor factam pupillam suam nec ipse uxorem ducere, nec filio suo in matrimonio adiungere potest; scias tamen, quod de nuptiis tractamus, et ad sponsalia pertinere.

16. ULPIANUS *libro III. ad legem Iuliam et Papiam.*—Oratio Imperatorum Antonini et Commodi, quae quasdam nuptias in personam (3) Senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est; recte tamen dicitur, etiam sponsalia in his casibus ipso iure nullius esse momenti, ut suppleatur, quod Orationi deest.

17. GAIUS *libro I. ad legem Iuliam et Papiam.*—Saepe iustae ac necessariae causae non solum annum vel biennium, sed etiam triennium et quadriennium, et ulterius trahunt sponsalia, veluti valetudo sponsi sponsaevae, vel mortes parentum, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quae ex necessitate fiunt.

18. ULPIANUS *libro VI. ad Edictum.*—In sponsalibus constituendis parvi refert, per se et coram, an per internuntium (4), vel per epistolam, an per alium (5) hoc factum est, et fere plerumque condiciones interpositis personis expediuntur.

10. EL MISMO; *Disputas, libro III.*—Permaneciendo la hija bajo la patria potestad, puede el padre enviar mensajero al esposo, y disolver los esponsales; pero si está emancipada, no puede ni enviar mensajero, ni reclamar por la condicción lo que se dió por causa de dote; porque casándose hará la misma hija que exista la dote, y extinguirá la condicción, que podrá nacer por no haberse verificado la causa, á no ser acaso que alguno diga, que el padre dió la dote por la hija emancipada con la condición de que si no asintiese á las nupcias, óra contraídas, óra no contraídas, repetiría lo que había dado; porque entonces tendría la repetición.

11. JULIANO; *Digesto, libro XVI.*—Los esponsales, como las nupcias, se contraen con el consentimiento de los contrayentes; y por esto conviene que como en las nupcias, así también en los esponsales preste su consentimiento la hija de familia.

12. ULPIANO; *De los Esponsales, libro único.*—Pero se entiende que consiente la que no se opone á la voluntad de su padre.

§ 1.—Mas concédese á la hija facultad para disentir de su padre solamente cuando el padre le elija esposo indigno por sus costumbres, ó torpe.

13. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro V.*—Disintiendo el hijo de familia, no pueden hacerse esponsales á su nombre.

14. MODESTINO; *Diferencias, libro IV.*—Para contraer esponsales no está definida la edad de los contrayentes, como para los matrimonios; por lo cual, pueden contraerse esponsales aún desde la primera edad, con tal que se entienda que esto se hace por una y otra persona, esto es, si no fueran menores de siete años.

15. EL MISMO; *Casos ilustrados, libro único.*—El tutor no puede ni tomar por mujer á la constituida pupila suya, ni unirla en matrimonio á su hijo; pero tén sabido, que lo que decimos de las nupcias, se refiere también á los esponsales.

16. ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III.*—La Oración de los Emperadores Antonino y Cómodo, que prohibió ciertas nupcias á los Senadores, nada dijo de los esponsales; pero con razón se dice, que en estos casos también los esponsales son de derecho de ningún valor, para suplir lo que falta á la Oración.

17. GAYO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro I.*—Muchas veces causas justas y necesarias prolongan los esponsales no solamente un año, ó dos, sino también tres, y cuatro, y aún más, por ejemplo, una enfermedad del esposo, ó de la esposa, ó el fallecimiento de los padres, ó crímenes capitales, ó viajes más largos, que se hacen por necesidad.

18. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro VI.*—En la constitución de los esponsales poco importa si esto se hizo personalmente y presentes las partes, ó por medianero, ó por carta, ó por otro, y casi las más de las veces se conciertan las condiciones mediando otras personas.

(1) vel contractis, vel non contractis, *omitelas Hal.*

(2) *Taur.* según anterior corrección del código Fl.; filiofamilias, según la escritura original, Br.

(3) persona, *Hal.*

(4) nuntium, *Hal.*

(5) al ud, *Vulg.*

TIT. II

DE RITU NUPTIARUM

[Cf. Cod. V. 4—10.]

1. **MODESTINUS** libro I. *Regularum*.—Nuptiae sunt coniunctio maris et feminae, et (1) consortium omnis vitae, divini et humani iuris communicatio.

2. **PAULUS** libro XXXV. *ad Edictum*.—Nuptiae consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt, quorumque in potestate sunt.

3. **IDEM** libro I. *ad Sabinum*.—Si nepotem ex filio, et neptem ex altero filio in potestate habeam, nuptias inter eos me solo auctore contrahi posse, Pomponius scribit; et verum est.

4. **POMPONIUS** libro III. *ad Sabinum*.—Minoribus annis duodecim nuptam tunc legitimam uxorem fore, quum apud virum explesset duodecim annos.

5. **IDEM** libro IV. *ad Sabinum*.—Mulierem absenti per literas eius, vel per nuntium posse nubere placet, si in domum eius deduceretur; eam vero, quae abesset, ex literis vel nuntio suo duci a marito non posse, deductione enim opus esse in marito, non in uxoris domum, quasi in domicilium matrimonii.

6. **ULPIANUS** libro XXXV. *ad Sabinum*.—Denique Cinna scribit: eum, qui absentem accepit uxorem, deinde rediens a coena iuxta Tiberim periisset, ab uxore lugendum, responsum est;

7. **PAULUS** libro singulari *ad legem Falcidiam* (2).—ideoque potest fieri, ut in hoc casu aliqua virgo et dotem, et de dote habeat actionem.

8. **POMPONIUS** libro V. *ad Sabinum*.—Libertinus libertinam matrem aut sororem uxorem ducere non potest, quia hoc ius moribus, non legibus introductum est.

9. **ULPIANUS** libro XXVI. (3) *ad Sabinum*.—Si nepos uxorem velit ducere avo furente, omnimodo patris auctoritas erit necessaria, sed si pater furat (4), avus sapiat, sufficit avi voluntas.

§ 1.—Is, cuius pater ab hostibus captus est, si non intra triennium revertatur, uxorem ducere potest.

10. **PAULUS** libro XXXV. (5) *ad Edictum*.—Si ita pater absit, ut ignoretur, ubi sit, et an sit, quid faciendum est (6), merito dubitatur. Et si triennium effluerit, postquam apertissime fuerit pater ignotus, ubi degit (7), et an superstes sit, non prohibentur liberi eius utriusque sexus matrimonium vel nuptias legitimas contrahere.

(1) et, omitela Hal.

(2) libro I. ad Legem Iuliam, Hal.

(3) XXXV., Hal.

(4) Hal.; furit, el código Fl.

TÍTULO II

DE LA RITUALIDAD DE LAS NUPCIAS

[Véase Cód. V. 4 10]

1. **MODESTINO**; *Reglas, libro I*.—Las nupcias son unión del varón y de la hembra, y consorcio de toda la vida, comunicación del derecho divino y del humano.

2. **PAULO**; *Comentarios al Edicto, libro XXXV*.—Las nupcias no pueden subsistir si no consintieran todos, esto es, los que se unen, y aquellos bajo cuya potestad están.

3. **EL MISMO**; *Comentarios á Sabino, libro I*.—Si yo tuviera bajo mi potestad un nieto habido de un hijo, y una nieta habida de otro hijo, escribe Pomponio, que pueden contraerse nupcias entre ellos con mi sola autoridad; y es verdad.

4. **POMPONIO**; *Comentarios á Sabino, libro III*.—La casada menor de doce años será mujer legítima cuando haya cumplido los doce años en poder del varón.

5. **EL MISMO**; *Comentarios á Sabino, libro IV*.—Está admitido que una mujer pueda casarse con un ausente por carta de este, ó por mensajero, si fuera llevada á la casa del mismo; pero que la que estuviese ausente no puede ser tomada como mujer por carta, ó por mensajero suyo, por el marido, porque es menester que la conducción sea á la casa del marido, no á la de la mujer, como al domicilio del matrimonio.

6. **ULPIANO**; *Comentarios á Sabino, libro XXXV*.—Finalmente escribe Cinna: se respondió, que el que recibió por mujer á una ausente, y después al volver de cenar hubiese perecido junto al Tiber, ha de ser llorado por la mujer;

7. **PAULO**; *Comentarios á la ley Falcidia, libro único*.—y por esto puede suceder, que en este caso tenga alguna virgen dote, y la acción de dote.

8. **POMPONIO**; *Comentarios á Sabino, libro V*.—El libertino no puede tomar por mujer á la madre ó hermana libertina, porque este derecho fué introducido por la costumbre, no por las leyes.

9. **ULPIANO**; *Comentarios á Sabino, libro XXVI*.—Si el nieto quisiera tomar mujer, estando loco el abuelo, será absolutamente necesaria la autoridad del padre, pero si el padre estuviera loco, y el abuelo estuviese cuerdo, basta la voluntad del abuelo.

§ 1.—Aquel, cuyo padre fué cogido por los enemigos, puede tomar mujer, si no volviera dentro de tres años.

10. **PAULO**; *Comentarios al Edicto, libro XXXV*.—Si el padre estuviera ausente de modo que se ignorase dónde esté, y si exista, con razón se duda qué se ha de hacer. Y si hubieren pasado tres años, después que completísimamente se haya ignorado dónde mora el padre, y si aún vive, no se les prohíbe á sus hijos, de uno y otro sexo, contraer matrimonio ó legítimas nupcias.

(5) XV., Hal.

(6) sit, Hal.

(7) degat, Hal. Vulg.

11. IULIANUS *libro LXII. (1) Digestorum.*—Si filius eius, qui apud hostes est, vel absit, ante triennium captivitatis vel absentiae patris uxorem duxit, vel si filia nupserit, puto, recte matrimonium vel nuptias contrahi, dummodo eam filius ducat uxorem, vel filia tali nubat, cuius conditionem certum sit patrem non repudiaturum.

12. ULPIANUS *libro XXVI. ad Sabinum.*—Si qua mihi uxor fuit, deinde a me repudiata nupsit Seio, quem ego postea arrogavi, non sunt nuptiae incestae.

§ 1.—Inter me et sponsam patris mei nuptiae contrahi non possunt, quamquam noverca mea non proprie dicatur.

§ 2.—Sed et per contrarium sponsa mea patri meo nubere non poterit, quamvis nurus non proprie dicatur.

§ 3.—Si uxor mea post divortium alii nupserit, et filiam susceperit, putat Iulianus, hanc quidem privignam non esse, verum nuptiis eius abstinendum.

§ 4.—Adoptivae sororis filiam possum uxorem ducere, cognata enim mea non est filia eius, quia avunculus nemo fit per adoptionem; et eae demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quae legitimae essent, id est, quae agnatorum ius haberent; pari ratione et sororem patris mei adoptivi possum ducere, si non fuit eodem patre nata.

13. IDEM *libro XXXIV. ad Sabinum.*—Si patrona tam ignobilis sit, ut ei honestae sint, vel saltem liberti sui nuptiae, officio iudicis super hoc cognoscentis hae prohiberi non debent.

14. PAULUS *libro XXXV. (2) ad Edictum.*—Adoptivus filius si emancipetur, eam, quae patris adoptivi uxor fuit, ducere non potest, quia novercae locum habet.

§ 1.—Item si quis filium adoptaverit, uxorem eiusdem, quae nurus loco est, ne quidem post emancipationem filii ducere poterit, quoniam aliando nurus ei fuit.

§ 2.—Serviles quoque cognationes in hoc iure observandae sunt; igitur suam matrem manumissus non ducet uxorem; tantundem iuris est et in sorore, et sororis filia. Idem e contrario dicendum est, ut pater filiam non possit ducere, si ex servitute manumissi sint, etsi (3) dubitetur, patrem eum esse. Unde nec vulgo quacsitam filiam pater naturalis potest uxorem ducere, quoniam in contrahendis matrimoniis naturale ius et pudor inspiciendus est, contra pudorem est autem, filiam uxorem suam (4) ducere.

§ 3.—Idem tamen, quod in servilibus cognationibus constitutum est, etiam in servilibus affinitatibus servandum est, veluti ut eam, quae in contubernio patris fuerit, quasi novercam non possim ducere, et contra eam, quae in contubernio filii fuerit, patrem (5) quasi nurum non ducere, aequae

11. JULIANO; *Digesto, libro LXII.*—Si el hijo del que está en poder de los enemigos, ó ausente, tomó mujer antes de los tres años de la cautividad ó de la ausencia del padre, ó si la hija de este se casare, opino que legitimamente se contrae el matrimonio, ó las nupcias, con tal que el hijo tome aquella mujer, ó la hija se case con tal individuo, cuya condición sea cierto que el padre no la haya de rechazar.

12. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.*—Si yo tuve una mujer, y después de repudiada por mí se casó con Seio, á quien después adrogué, las nupcias no son incestuosas.

§ 1.—Entre mí y la esposa de mi padre no pueden contraerse nupcias, aunque propiamente no se la llame madrastra mía.

§ 2.—Pero por el contrario, tampoco mi esposa podrá casarse con mi padre, aunque propiamente no se la llame nuera.

§ 3.—Si mi mujer se casare con otro después del divorcio, y tuviere una hija, opina Juliano, que esta no es ciertamente mi hijastra, pero que me deberé abstener de contraer nupcias con ella.

§ 4.—Puedo tomar por mujer á la hija de una hermana adoptiva, porque su hija no es mi cognada, porque nadie se hace tío materno por la adopción; y en las adopciones se contraen solamente aquellas cognaciones, que serían legítimas, esto es, que tendrían el derecho de los agnados; por la misma razón también puedo tomar por mujer á la hermana de mi padre adoptivo, si no nació ella del mismo padre.

13. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIV.*—Si la patrona fuera de tan infima clase, que para ella sean honestas las nupcias, á lo menos con su liberto, no deben prohibirse aquellas por ministerio del juez que conoce de esto.

14. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—El hijo adoptivo, si se emancipara, no puede tomar por mujer á la que fué mujer de su padre adoptivo, porque tiene la condición de madrastra.

§ 1.—Asimismo, si alguno hubiere adoptado un hijo, no podrá ciertamente después de la emancipación de su hijo casarse con la mujer del mismo, que está en lugar de nuera, porque fué en algún tiempo nuera suya.

§ 2.—También se han de tener en cuenta en este derecho las cognaciones serviles; así pues, el manumitido no tomará por mujer á su madre; y el mismo derecho rige también respecto á su hermana, y á la hija de su hermana. Lo mismo por el contrario se ha de decir para que el padre no pueda casarse con la hija, si hubieran sido manumitidos de la servidumbre, aunque se dude que él sea su padre. De aquí que el padre natural no puede tomar por mujer á la hija habida del vulgo, porque al contraerse los matrimonios se ha de atender al derecho natural y al pudor, y es contra el pudor que tome por mujer á su hija.

§ 3.—Pero lo mismo que se ha establecido en las cognaciones de los esclavos, se ha de observar también en las afinidades de los mismos, por ejemplo, para que yo no pueda tomar por mujer, cual si fuere mi madrastra, á la que hubiere estado en contubernio con mi padre, y por el contrario, para que

(1) XVI., *Hal.*

(2) XV., *Hal.*

(3) etsi ex—et dubitetur (*en lugar de si—etsi*), *Hal.*

(4) filiam suam uxorem, *acertadamente Hal.*

(5) pater, *Vulg.*

nec matrem eius, quam quis in servitute uxorem habuit, quasi soecrum; quum enim cognatio servilis intelligitur, quare non et affinitas intelligatur? Sed in re dubia certius et modestius est, huiusmodi nuptiis abstinere.

§ 4.—Nunc videamus, quomodo noverca, et privigna, et socrus, et nurus intelligantur, ut sciamus, quas non liceat ducere. Quidam novercam per se patris uxorem, et nurum filii uxorem, et privignam uxoris ex alio marito filiam intelligunt; sed quod ad hanc causam, verius est, nec avi uxorem, nec proavi duci posse. Duas ergo vel plures novercas ducere non poterit; non mirum, nam et is, qui adoptivus est, nec naturalis patris, nec adoptivi uxorem ducere potest; sed et si plures uxores pater (1) habuerit, nullam earum ducere possum. Itaque socrus appellatione non tantum uxoris meae mater, sed et avia, et proavia intelligitur, ut nullam earum ducere possim. Nurus quoque appellatione non tantum filii uxor, sed et nepotis et pronepotis continetur, licet quidam has pronurus appellent (2). Privigna quoque non solum ea mihi intelligitur, quae uxoris meae filia est, sed et neptis et proneptis, ut nullam earum ducere possim. Item eius matrem, quam sponsam habui, non posse me uxorem ducere, Augustus interpretatus est, fuisse enim eam soecrum.

15. PAPINIANUS libro IV. *Responsorum*.—Uxorem quondam privigni coniungi matrimonio vitrici non oportet, nec in matrimonium convenire novercam eius (3), qui privignae maritus fuit.

16. PAULUS libro XXXV. *ad Edictum*.—Oratione Divi Marci cavetur, ut, si Senatoris filia libertino nupsisset, nec nuptiae essent; quam et Senatusconsultum secutum est.

§ 1.—Nepote uxorem ducente et filius consentire debet, neptis vero si nubat, voluntas et auctoritas avi sufficiet.

§ 2.—Furor contrahi matrimonium non sinit, quia consensu opus est; sed recte contractum non impedit.

17. GAIUS libro XI. *ad Edictum provinciale*.—Per adoptionem quaesita fraternitas eoque impedit nuptias, donec manet adoptio; ideoque eam, quam pater meus adoptavit, et emancipavit, potero uxorem ducere, aequae et si me emancipato illam in potestate (4) retinuerit, poterimus iungi matrimonio.

§ 1.—Itaque volenti generum adoptare suadet, ut filiam emancipet (5); similiter suadet ei, qui nurum velit adoptare, ut emancipet filium.

§ 2.—Amitam quoque et materteram, item ma-

(1) adoptivus, inserta Hal.

(2) appellent, Hal.

(3) novercam ei convenire, Hal.

el padre no tome por mujer, cual si fuese su nuera, á la que hubiere estado en contubernio con su hijo, é igualmente, tampoco á la madre de la que alguno tuvo en servidumbre por mujer, cual si fuera su suegra; porque, si se entiende que hay cognación entre los esclavos, ¿por qué no se entenderá que también hay afinidad? Pero tratándose de cosa dudosa es más acertado y prudente abstenerse de semejantes nupcias.

§ 4.—Veamos ahora cómo se entienden las palabras madrastra, hijastra, suegra y nuera, para que sepamos con cuales no es lícito casarse. Algunos entienden que por sí es madrastra la mujer del padre, y nuera la mujer del hijo, é hijastra la hija de la mujer, tenida de otro marido; pero en cuanto á esta causa, es más cierto que no se puede tomar por mujer ni á la mujer del abuelo, ni á la del bisabuelo. Luego no podrá uno casarse con dos ó más madrastras; y no es extraño, porque también el que es adoptivo no puede tomar por mujer ni á la de su padre natural, ni á la del adoptivo; pero si mi padre hubiere tenido muchas adoptions, tampoco puedo casarme con ninguna de ellas. Así pues, con la denominación de suegra se entiende no solamente la madre de mi mujer, sino también la abuela y la bisabuela, de modo que no puedo casarme con ninguna de ellas. Y también con la denominación de nuera se comprende no solamente la mujer del hijo, sino también la del nieto y la del biznieto, aunque á estas las llaman algunos pronueras. Asimismo, entiéndese por hijastra respecto de mí, no solamente la que es hija de mi mujer, sino también la nieta y la biznieta, de suerte que no puedo casarme con ninguna de ellas. Igualmente, Augusto declaró, que no puedo tomar por mujer á la madre de la que tuve como esposa, porque ella había sido mi suegra.

15. PAPINIANO; *Respuestas, libro IV*.—No conviene que la que fué mujer del hijastro se una en matrimonio con el padrastro, ni que la madrastra contraiga matrimonio con el que fué marido de la hijastra.

16. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXV*.—Dispónese en una Oración del Divino Marco, que si la hija de un Senador se hubiese casado con un libertino, no existan nupcias; cuya disposición mantuvo también un Senadoconsulto.

§ 1.—Al tomar mujer el nieto debe consentir también el hijo, pero si se casara la nieta, bastarán la voluntad y la autoridad del abuelo.

§ 2.—La locura no deja que se contraiga matrimonio, porque es necesario el consentimiento; pero no impide el debidamente contraído.

17. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XI*.—La fraternidad adquirida por la adopción impide las nupcias mientras subsiste la adopción; y por lo tanto, podré tomar por mujer á la que mi padre adoptó, y emancipó, é igualmente, si habiendo sido yo emancipado él la hubiere retenido en su potestad, podremos unirnos en matrimonio.

§ 1.—En su consecuencia, al que quiera adoptar á su yerno se le aconseja que emancipe á su hija; y del mismo modo, al que quiera adoptar á su nuera se le aconseja que emancipe á su hijo.

§ 2.—También se nos prohíbe tomar por mujer á

(1) Hal.; potestatem, el código Fl.

(5) Hal. Vulg.; emanciparet, el código Fl.

gnam quoque amitam et materteram magnam prohibemur uxorem ducere, quamvis magna amita et matertera quarto gradu sint. Utique autem amitam (1) et amitam magnam prohibemur uxorem ducere, etsi per adoptionem nobis coniunctae sint.

18. IULIANUS libro XVI. *Digestorum*.—Nuptiae inter easdem personas nisi volentibus parentibus renovatae iustae non habentur.

19. MARCIANUS libro XVI. *Institutionum*.—Capite trigesimoquinto legis Iuliae (2). qui liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt, ex Constitutione Divorum Severi et Antonini per Proconsules Praesidesque provinciarum coguntur in matrimonium collocare, et dotare; prohibere autem videtur, et qui conditionem non quaerit.

20. PAULUS libro singulari ad *Orationem Divi Severi et Commodi*.—Sciendum est, ad officium curatoris (non) pertinere, nubat pupilla, an non, quia officium eius in administratione negotiorum constat; et ita Severus et Antoninus rescripserunt in haec verba: «Ad officium curatoris administratio (3) pupillae pertinet, nubere autem pupilla suo arbitrio potest».

21. TERENCE CLEMENS libro III. ad *legem Iuliam et Papiam*.—Non cogitur filiusfamilias uxorem ducere.

22. CELSUS libro XV. *Digestorum*.—Si patre cogente ducit uxorem, quam non duceret, si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur, maluisse hoc videtur.

23. IDEM libro XXX. *Digestorum*.—Lege Papia cavetur, omnibus ingenuis praeter Senatores eorumque liberos libertinam uxorem habere licere.

24. MODESTINUS libro I. *Regularum*.—In liberae mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiae intelligendae sunt, si non corpore quaestum fecerit.

25. IDEM libro II. *Regularum*.—Filius emancipatus etiam sine consensu patris uxorem ducere potest, et susceptus filius ei heres erit.

26. IDEM libro V. *Responsorum respondit*. (4) —Reas adulterii factas nec ante damnationem vivente (5) marito uxores duci posse.

27. ULPIANUS libro III. ad *legem Iuliam et Papiam*.—Si quis in Senatorio ordine agens libertinam habuerit uxorem, quamvis interim uxor non sit, attamen in ea conditione est, ut, si amiserit dignitatem, uxor esse incipiat.

la tía paterna y á la materna, así como también á la hermana del abuelo y á la de la abuela, aunque la hermana del abuelo y la de la abuela estén en cuarto grado. Pero se nos prohíbe ciertamente tomar por mujer á la tía paterna, y á la hermana del abuelo, aunque estén ligadas á nosotros por la adopción.

18. JULIANO; *Digesto, libro XVI*.—No se juzgan legítimas las nupcias entre unas mismas personas, sino habiendo sido renovadas queriéndolo los padres.

19. MARCIANO; *Instituta, libro XVI*.—Por el capítulo trigésimo quinto de la ley Julia los que contra derecho hubieren prohibido que tomen mujer, ó que se casen, los descendientes que tienen en su potestad, ó los que no quieren darles dote, son obligados en virtud de Constitución de los Divinos Severo y Antonino por los Procónsules y los Presidentes de las provincias á colocarlos en matrimonio, y á dotarlos; pero se considera que prohíbe también el que no busca proporción.

20. PAULO; *Comentarios á la Oración del Divino Severo y de Commodo, libro único*.—Se ha de saber, que no corresponde al cargo del curador, que se case, ó no, la pupila, porque su cargo consiste en la administración de los negocios; y así lo respondieron por rescripto Severo y Antonino en estos términos: «Corresponde al cargo de curador la administración de los bienes de la pupila, pero puede la pupila casarse á su arbitrio».

21. TERENCE CLEMENTE; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III*.—No se obliga al hijo de familia á tomar mujer.

22. CELSO; *Digesto, libro XV*.—Si obligándole su padre tomó uno por mujer á la que no tomaría, si hubiese estado en su arbitrio, contrajo, sin embargo, matrimonio, que no se contrae entre los que no quieren, pues se considera que lo prefirió.

23. EL MISMO; *Digesto, libro XXX*.—Dispónese en la ley Papia, que á todos los ingenuos, excepto á los Senadores y á sus hijos, les es lícito tomar por mujer una libertina.

24. MODESTINO; *Reglas, libro I*.—En el consorcio con una mujer libre no se ha de entender que hay concubinato, sino nupcias, si no hubiere hecho comercio con su cuerpo.

25. EL MISMO; *Reglas, libro II*.—El hijo emancipado puede tomar mujer aún sin el consentimiento de su padre, y tendrá por heredero el hijo que hubiere tenido.

26. EL MISMO *respondit*; *Respuestas, libro V*.—No se puede tomar por mujer á las que se hicieron reos de adulterio, ni aún antes de la condena, viviendo el marido.

27. ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III*.—Si perteneciendo alguno al orden Senatorial hubiere tenido por mujer una libertina, aunque mientras tanto no sea su mujer, sin embargo, se halla en el caso de que, si él hubiere perdido la dignidad, comience ella á ser su mujer.

(1) materteram magnam (en lugar de amitam), *Vulg.*

(2) libro XVI. *Institutionum* cap. 53. legis Iuliae.—*Qui, Hal.*

(3) rerum, *inserta Hal.*

(4) *respondit, omitela Hal.*

(5) *Taur. según corrección del código Fl.; vidente, la escritura original, Br.*

28. MARCIANUS libro X. Institutionum.—Invitam libertam uxorem ducere patronus non potest,

29. ULPIANUS libro III. ad legem Iuliam et Papiam.—quod et Ateius Capito Consulatu suo (1) fertur decrevisse; hoc tamen ita observandum est, nisi patronus ideo eam manumisit, ut uxorem eam ducat.

30. GAIUS libro II. (2) ad legem Iuliam et Papiam.—Simulatae nuptiae nullius momenti sunt.

31. ULPIANUS libro VI. (3) ad legem Iuliam et Papiam.—Si Senatori indulgentia Principis fuerit permissum libertinam iustam uxorem habere, potest iusta uxor esse.

32. MARCELLUS libro I. ad legem Iuliam et Papiam.—Sciendum est, libertinum, qui se ingenuo dedit arrogandum, quamvis in eius familia ingenui iura sit consecutus, ut libertinum tamen a Senatoriis nuptiis repellendum esse.

33. IDEM libro III. ad legem Iuliam et Papiam.—Plerique opinantur, quum eadem mulier ad eundem virum revertatur, id matrimonium idem esse; quibus assentior, si non multo tempore interposito reconciliati fuerint, nec inter moras aut illa alii nupserit, aut hic aliam duxerit, maxime si nec dotem vir reddiderit.

34. PAPINIANUS libro IV. Responsorum.—Generali mandato quaerendi mariti filiaefamilias non fieri nuptias rationis est; itaque personam eius patri demonstrari, qui matrimonio consenserit, ut nuptiae contrahantur, necesse est.

§ 1.—Ream adulterii, quam vir iure mariti postulavit, non prohibetur post abolitionem uxorem denuo ducere; sed et si non iure mariti ream postulavit, iure contractum matrimonium videbitur.

§ 2.—Inter privignos contrahi nuptiae possunt, etsi fratrem communem ex novo parentum matrimonio susceptum habeant.

§ 3.—Filiam Senatoris nuptias libertini secutam patris casus non faciat (4) uxorem; nam quaesita dignitas liberis propter crimen patris auferenda (non) est.

35. IDEM libro VI. Responsorum.—Filiusfamilias miles matrimonium sine patris voluntate non contrahit.

36. PAULUS libro V. Quaestionum.—Tutor, vel curator (5) adultam uxorem ducere non potest, nisi a patre desponsa destinatave testamentove nominata conditione nuptiis secuta fuerit.

28. MARCIANO; Instituta, libro X.—El patrono no puede tomar por mujer á su liberta contra la voluntad de la misma,

29. ULPIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III.—lo que se dice que también lo decretó Ateyo Capitón en su Consulado; pero esto se ha de observar así, si el patrono no la manumitió precisamente para tomarla por mujer.

30. GAYO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro II.—Las nupcias simuladas no son de ningún valor.

31. ULPIANO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VI.—Si á un Senador se le hubiere permitido por indulgencia del Príncipe tener como legítima mujer á una libertina, puede ser mujer legítima.

32. MARCELO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro I.—Se ha de saber, que el libertino que se dió á un ingenuo para ser adrogado, aunque en la familia de este haya conseguido los derechos de ingenuo, ha de ser, sin embargo, repellido, como libertino, de las nupcias con la hija de un Senador.

33. EL MISMO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III.—Opinan los más, que cuando la misma mujer vuelve al mismo marido, es este el mismo matrimonio; y asiento á la opinión de ellos, si se hubieren reconciliado no habiendo mediado mucho tiempo, y si en el intermedio ó ella no se hubiere casado con otro, ó él no hubiere tomado á otra mujer, y mucho más si tampoco el marido hubiere devuelto la dote.

34. PAPINIANO; Respuestas, libro IV.—Es de razón, que no se contraen nupcias por el mandato general de buscar marido á una hija de familia; y así, para que se contraigan nupcias, es necesario que se muestre al padre la persona del que hubiere consentido en el matrimonio.

§ 1.—No se prohíbe que el varón, que la reclamó por derecho de marido, tome nuevamente por mujer, después de la abolición, á la reo de adulterio; pero también si la reclamó no por derecho de marido, se considerará contraído en derecho el matrimonio.

§ 2.—Pueden contraerse nupcias entre los hijos-tros, aunque tengan un hermano común habido del nuevo matrimonio de sus padres.

§ 3.—La degradación del padre no hará que la hija de un Senador, que contrajo nupcias con un libertino, sea mujer de éste; porque por causa de delito del padre no se ha de quitar á los hijos la dignidad adquirida.

35. EL MISMO; Respuestas, libro VI.—El hijo de familia, militar, no contrae matrimonio sin la voluntad de su padre.

36. PAULO; Cuestiones, libro V.—El tutor, ó el curador, no puede tomar por mujer á su pupila adulta, si ésta no hubiere ido á las nupcias prometida ó destinada por el padre, ó designada en el testamento con esta condición.

(1) consultus fertur, otros en Ital.

(2) III., Hal.

(3) III., Hal.

(4) facit, Hal. Vulg.

(5) pupillam, inserta Hal.

37. IDEM libro VII. Responsorum.—Libertum curatoris puellae prohiberi oportet uxorem eandem ducere.

38. IDEM libro II. Sententiarum.—Si quis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non potest, quamvis sponsare non prohibeatur; ita scilicet, ut, si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere arrhis tantummodo redditis, quas acceperat.

§ 1.—Veterem sponsam in provincia, quam (1) quis administrat, uxorem ducere potest, et dos data non fit caduca.

§ 2.—Qui in provincia aliquid administrat, in ea provincia filias suas in matrimonio collocare, et dotem constituere non prohibetur.

39. IDEM (2) libro VI. ad Plautium.—Sororis proneptem non possum ducere uxorem, quoniam parentis loco ei sum.

§ 1.—Si quis ex his, quas (3) moribus prohibemur uxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere.

40. POMPONIUS libro IV. (4) ex Plautio.—Aristo respondit, privignae filiam non magis uxorem duci posse, quam ipsam privignam.

41. MARCELLUS libro XXVI. Digestorum.—Probrum intelligitur etiam in his mulieribus esse, quae turpiter viverent, vulgoque quaestum facerent, etiamsi non palam.

§ 1.—Et si qua se in concubinato (5) alterius, quam patroni tradidisset, matrisfamilias honestam non habuisse eam (6) dico.

42. MODESTINUS libro singulari de Ritu nuptiarum.—Semper in coniunctionibus non solum quid liceat, considerandum est, sed et quid honestum sit.

§ 1.—Si Senatoris filia, neptis, proneptis libertino vel qui artem ludicram exercuit, cuiusve pater materve id fecerit, nupsit, nuptiae non erunt.

43. ULPIANUS libro I. (7) ad legem Iuliam et Papiam.—Palam quaestum facere dicemus non tantum eam, quae in lupanario se prostituit, verum etiam si qua, ut assolet, in taberna cauponia, vel qua alia pudori suo non parcat.

§ 1.—«Palam» autem sic accipimus, passim, hoc est sine delectu (8); non si qua adulteris vel stupratoribus se committit, sed quae vicem prostitutionis sustinet.

§ 2.—Item, quod cum uno et altero (9) pecunia accepta commiscuit, non videtur palam corpore quaestum facere.

§ 3.—Octavenus tamen rectissime ait, etiam

37. EL MISMO; Respuestas, libro VII.—Convieni que se prohiba, que el liberto del curador de una doncella la tome a esta como mujer.

38. EL MISMO; Sentencias, libro II.—Si alguno desempeña un cargo en alguna provincia, no puede tomar por mujer a la que es oriunda de ella, ó tiene en ella su domicilio, aunque no se le prohiba contraer esponsales; esto, por supuesto, de modo que si después de dejado el cargo no quisiere la mujer contraer las nupcias, le sea lícito hacerlo, solamente con haber devuelto las arras que había recibido.

§ 1.—Puede uno tomar por mujer, en la provincia que administra, a una antigua esposa, y no se hace caduca la dote entregada.

§ 2.—Al que en una provincia ejerce alguna administración, no se le prohíbe que coloque en matrimonio en aquella provincia a sus hijas, y que les constituya dote.

39. EL MISMO; Comentarios a Plautio, libro VI.—No puedo tomar por mujer a la biznietita de mi hermana, porque estoy para ella en lugar de ascendiente.

§ 1.—Si alguno hubiere tomado mujer entre las que por las costumbres nos está prohibido tomarla, se dice que comete incesto.

40. POMPONIO; Doctrina de Plautio, libro IV.—Respondió Aristón, que no puede tomarse por mujer a la hija de la hijastra, no de otra suerte que ni a la misma hijastra.

41. MARCELO; Digesto, libro XXVI.—Se entiende que hay deshonor también en aquellas mujeres que viviesen torpemente, y con todos hicieran ganancia, aunque no públicamente.

§ 1.—Y si alguna se hubiese entregado en concubinato de otro, que de su patrono, digo que no tuvo ella la honestidad de madre de familia.

42. MODESTINO; De la Ritualidad de las nupcias, libro único.—En las uniones se ha de considerar siempre no solo lo que sea lícito, sino también lo que sea honesto.

§ 1.—Si la hija, la nieta, ó la biznietita de un Senador se hubiere casado con un libertino, ó con quien ejecutó juegos públicos, ó con aquel cuyo padre ó cuya madre hubiere hecho esto, no habrá nupcias.

43. ULPIANO; Comentarios a la ley Julia y Papiam, libro I.—Diremos que públicamente hace ganancia no solamente la que se prostituye en un lupanar, sino también la que, como suele suceder, no respeta su pudor en la taberna de un hostelero, ó en alguna otra parte.

§ 1.—«Públicamente» lo entendemos de este modo, indistintamente, esto es, sin elección; no si alguna se entrega a adúlteros ó a estupradores, sino la que hace las veces de prostituta.

§ 2.—Asimismo, porque una por dinero recibido se entendió con uno y con otro, no se considera que hace públicamente ganancia con su cuerpo.

§ 3.—Pero con muchísima razón dice Octaveno,

(1) Hal. Vulg.; qua, el código Fl.

(2) Taur.; Paulus, el código Fl., Br.

(3) legitus v-l, inserta la Vulg.

(4) III., Hal.

(5) concubinatum, Hal.

(6) Según reciente corrección del código Fl.; eam, omitela Taur. según la escritura original, Br.

(7) III., Hal.

(8) Hal.; dilectu, Taur.

(9) se, inserta Hal.

eam, quae sine quaestu palam se prostituerit, de-
buisse his connumerari.

§ 4.—Non solum autem ea, quae facit, verum
ea quoque, quae fecit, et si facere desiit, lege no-
tatur; neque enim aboletur turpitudó, quae postea
intermissa est.

§ 5.—Non est ignoscendum ei, quae obtentu
paupertatis turpissimam vitam egit.

§ 6.—Lenocinium facere non minus est, quam
corpore quaestum exercere.

§ 7.—Lenas autem eas dicimus, quae mulieres
quaestuarías prostituunt.

§ 8.—Lenam accipiemus et eam, quae alterius
nomine hoc vitae genus exercet.

§ 9.—Si qua cauponam exercens in ea corpora
quaestuaría habeat, ut multae assolent sub prae-
textu instrumenti cauponii prostitutas mulieres
habere, dicendum, hanc quoque lenae appellatione
contineri.

§ 10.—Senatus censuit, non conveniens esse ulli
Senatori, uxorem ducere aut retinere damnatam
publico iudicio; quo iudicio cuilibet ex populo ex-
periri licet, nisi si cui lege aliqua accusandi publi-
co iudicio non est potestas.

§ 11.—Si qua calumniae iudicio damnata sit ex
causa publici iudicii, et quae praevaricationis da-
mnata est, publico iudicio damnata esse non vi-
detur.

§ 12.—Quae in adulterio deprehensa est, quasi
publico iudicio damnata est; proinde si adulterii
condemnata esse proponatur, non tantum quia
deprehensa est, erit notata, sed quia et publico iu-
dicio damnata est. Quodsi non sit deprehensa, da-
mnata autem, idcirco notetur, quia publico iudicio
damnata est; at si deprehensa quidem sit, damnata
autem non sit, notata erit. Ego puto, etsi absoluta
sit post deprehensionem, adhuc tamen notam illi
obesse debere, quia verum est, eam in adulterio
deprehensam, quia factum lex, non sententiam
notaverit.

§ 13.—Non adiicitur hic, ut in lege Iulia de
adulteriis, a quo, vel ubi deprehensa sit (1); proin-
de sive maritus, sive quis alius deprehendisse pro-
ponatur, videtur notata; sed et si non in domo
mariti vel patris sui deprehensa sit, erit notata
secundum verba legis.

44. PAULUS libro I. ad legem Iuliam et Pa-
pianam.—Lege Iulia ita cavetur: QUI SENATOR EST,
QUIVE FILIUS, NEPOSVE EX FILIO, PRONEPOSVE EX
FILIO NATO (2) CUIUS EORUM EST, ERIT, NE QUIS
EORUM SPONSAM UXOREMVE SCIENS DOLO MALO HA-
BETO LIBERTINAM, AUT EAM, QUAE IPSA, CUIUSVE
PATER MATERVE ARTEM LUDICRAM FACIT, FECERIT;
NEVE SENATORIS FILIA, NEPTISVE EX FILIO, PRO-
NEPTISVE EX NEPOTE (3) FILIO NATO, NATA, LIBER-
TINO EIVE, QUI IPSE CUIUSVE PATER MATERVE AR-
TEM LUDICRAM FACIT, FECERIT (4), SPONSA NUPTA-
VE SCIENS DOLO MALO ESTO; NEVE QUIS EORUM
DOLO MALO SCIENS SPONSAM UXOREMVE EAM HA-
BETO.

que también la que públicamente se hubiere pros-
tituido sin ganancia debió contarse entre estas.

§ 4.—Pero es tachada por la ley no solamente la
que hace esta vida, sino también la que la hizo,
aunque haya dejado de hacerla; porque no se bo-
rra la torpeza que después se interrumpió.

§ 5.—No se ha de perdonar á la que so pretexto
de pobreza llevó una vida muy torpe.

§ 6.—Hacer lenocinio no es menos que realizar
ganancia con su cuerpo.

§ 7.—Pero llamamos alcahuetas á las que pros-
tituyen á las mujeres de partido.

§ 8.—Entenderemos también por alcahueta la
que en nombre de otro ejerce este género de vida.

§ 9.—Si teniendo alguna una hostería tuviera
en ella mujeres de partido, como muchas suelen te-
ner mujeres prostitutas so pretexto del servicio de
la hostería, se ha de decir, que también esta se ha-
lla comprendida en la denominación de alcahueta.

§ 10.—Determinó el Senado, que no era conve-
niente á ningún Senador tomar por mujer, ó re-
tener, á la condenada en público juicio; cuya acción
á cualquier individuo del pueblo es lícito ejercitarla,
á no ser que alguno no tenga en virtud de algu-
na ley facultad para acusar en juicio público.

§ 11.—Si alguna hubiera sido condenada en ju-
icio de calumnia por causa de un juicio público, y
la que fué condenada en el de prevaricación, no se
considera que fué condenada en juicio público.

§ 12.—La que ha sido hallada en adulterio, es
condenada como en juicio público; por lo cual, si se
dijera que fué condenada por adulterio, estará tachada
no solamente porque fué hallada en él, sino
también porque fué condenada en juicio público.
Pero si no fué hallada, sino condenada, tendrá nota
solo porque fué condenada en juicio público;
mas si ciertamente hubiera sido hallada, pero no
hubiera sido condenada, tendrá nota. Yo creo, que
aunque haya sido absuelta después de haber sido
sorprendida, debe, sin embargo, perjudicarle toda-
vía la nota, porque es verdad que fué sorprendida
en adulterio, y porque la ley impuso la nota al he-
cho, no á la sentencia.

§ 13.—No se añade aquí, como en la ley Julia
sobre los adulterios, por quién, ó dónde haya sido
sorprendida; por lo tanto, ya si se dijera que el ma-
rido, ya que otro cualquiera la sorprendió, se con-
sidera tachada; pero también estará tachada con-
forme á las palabras de la ley, si no hubiera sido
sorprendida en la casa de su marido ó de su padre.

44. PAULO; Comentarios á la ley Julia y Pa-
pian, libro I.—Dispónese en la ley Julia de este mo-
do: «Ninguno que es Senador, ó el que es ó fue-
re su hijo, ó nieto habido de un hijo, ó biznieto
»habido de un hijo nacido de cualquiera de ellos,
»tenga á sabiendas con dolo malo por esposa ó mujer
»una libertina, ó á la que ella misma, ó su padre ó
»madre, representa, ó hubiere representado, en las
»diversiones públicas; ni la hija de un Senador, ó la
»nieta nacida de un hijo, ó la biznieta habida de
»un nieto nacido de un hijo, se considere despo-
»sada ó casada á sabiendas y con dolo malo con
»un libertino, ó con el que él mismo, ó su padre
»ó madre, representa, ó hubiere representado en
»las diversiones públicas; y ninguno de estos la
»tenga con dolo malo y á sabiendas por esposa ó
»por mujer».

(1) Hal. Vulg.; deprehensam, (omitiendo sit), el códice Fl.
(2) PRONEPOSVE EX FICIS FILIO NATUS, Hal.; PRONEPOSVE EX
FILII NATO, conjetura Geb.

(3) EX, inserta Hal.
(4) FECITVE, Vulg.

§ 1.—Hoc capite prohibetur Senator libertinam ducere eamve, cuius pater materve artem ludicram fecerit, item libertinus Senatoris filiam ducere.

§ 2.—Non obest, avum et aviam artem ludicram fecisse.

§ 3.—Nec distinguitur, pater in potestate habeat filiam, necne; tamen iustum patrem intelligendum Octavenus ait, matrem, etiamsi vulgo conceperit.

§ 4.—Item nihil refert, naturalis sit pater, an adoptivus.

§ 5.—An et is noceat, qui, antequam adoptaret, artem ludicram fecerit, atque si naturalis pater, antequam filia nasceretur, fecerit? Et si huius notae homo adoptaverit, deinde emancipaverit, an non possit duci, ac si talis pater naturalis decessisset? Sed de hoc casu contrariam legis sententiam esse, Pomponius recte putat, ut iis non connumeretur (1).

§ 6.—Si postea ingenuae uxoris pater materve artem ludicram facere coeperit, iniquissimum est, dimittere eam debere, quum nuptiae honestae contractae sint, et fortasse iam liberi procreati sint.

§ 7.—Plane si ipsa artem ludicram facere coeperit, utique dimittenda erit.

§ 8.—Eas, quas ingenui ceteri prohibentur ducere uxores, Senatores non ducent.

45. ULPIANUS libro III. ad legem Iuliam et Papiam.—In eo iure, quod dicit: INVITO PATRONO LIBERTAM, QUAE EI NUPTA EST, ALII NUBERE NON POSSE, «patronum» accipimus, ut Rescripto Imperatoris nostri, et Divi (2) patris eius continetur, et eum, qui hac lege emit, ut manumittat, quia manumissa liberta emtoris habetur.

§ 1.—Qui autem iuravit se patronum, hoc idem non habebit.

§ 2.—Ne is quidem debet habere, qui non suis numis comparavit.

§ 3.—Plane si filiusfamilias miles esse proponatur, non dubitamus, si castrensium peculii ancillam manumiserit, competere ei hoc ius; est enim patronus secundum Constitutiones; nec patri eius hoc ius competit.

§ 4.—Hoc caput ad nuptam tantum libertam pertinet, ad sponsam non pertinet; et ideo invito patrono nuntium sponsa liberta si miserit, cum alio connubium habet.

§ 5.—Deinde ait lex: «invito patrono»; invitum accipere debemus eum, qui non consentit ad divortium; idcirco nec a furioso divertendo solvit se huius legis necessitate, nec si ab ignorante divortit; rectius enim hic invitus dicitur, quam qui dissensit.

§ 6.—Si ab hostibus patronus captus esse proponatur, vereor, ne possit ista connubium habere nubendo, quemadmodum haberet, si mortuus esset; et qui Iuliani sententiam probant, dice-

§ 1.—En este capítulo prohibese al Senador tomar por mujer á una libertina, ó á aquella cuyo padre ó cuya madre hubiere representado en las diversiones públicas, y asimismo al libertino tomar por mujer á la hija de un Senador.

§ 2.—No obsta que el abuelo y la abuela hayan representado en las diversiones públicas.

§ 3.—Tampoco se distingue si el padre tenga, ó no, á la hija en su potestad; pero dice Octaviano, que se ha de entender por padre el legítimo, y por madre aún la que hubiere concebido del vulgo.

§ 4.—Asimismo, nada importa que el padre sea natural ó adoptivo.

§ 5.—¿Le perjudicará acaso el que hubiere representado en las diversiones públicas antes que la adoptase, lo mismo que si hubiere representado su padre natural antes que naciese la hija? Y si la hubiere adoptado un hombre de esta nota, y después la hubiere emancipado, ¿no podría ser tomada por mujer, como si tal padre natural hubiese fallecido? Pero con razón opina Pomponio, que en este caso es contraria la resolución de la ley, á fin de que ella no sea contada entre estas personas.

§ 6.—Pero si el padre ó la madre de una mujer ingénuo hubiere comenzado después á representar en diversiones públicas, es muy injusto que el marido deba repudiarla, habiéndose celebrado honestas nupcias, y quizá habiéndose ya procreado hijos.

§ 7.—Pero si ella misma hubiere comenzado á representar en diversiones públicas, ciertamente que habrá de ser repudiada.

§ 8.—Los Senadores no tomarán por mujer á aquellas que á los demás ingénuos se les prohibe tomar por mujer.

45. ULPIANO; Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro III.—En la prescripción de derecho que dice: «Contra la voluntad de su patrono no pueda la liberta, que se casó con él, casarse con otro», entendemos por «patrono», como se contiene en el rescripto de nuestro Emperador, y de su Divino padre, también el que la compró con la condición de manumitirla, porque la manumitada es considerada liberta del comprador.

§ 1.—Mas el que juró que él era patrono no tendrá este mismo derecho.

§ 2.—Ni ciertamente debe tenerlo el que no la compró con dinero suyo.

§ 3.—A la verdad, si se dijera que un hijo de familia es militar, no dudamos que le compete este derecho, si hubiere manumitado una esclava de su peculio castrense; porque es patrono según las Constituciones; y no le compete este derecho á su padre.

§ 4.—Este capítulo se refiere sólomente á la liberta casada, y no es aplicable á la esposa; y por esto, contra la voluntad de su patrono, tiene derecho á casarse con otro la esposa liberta, si á aquel le hubiere enviado mensajero.

§ 5.—Después dice la ley: «contra la voluntad del patrono»; y debemos entender que es contra la voluntad de aquel, que no consiente en el divorcio; por lo cual, ni divorciándose de un loco, ni si se divorciare del que lo ignorase, se exime de la obligación de esta ley; porque con más propiedad se dice contra su voluntad, de este, que del que disintió.

§ 6.—Si se dijera que el patrono fué cogido por los enemigos, temo que no pueda tener esta derecho de matrimonio al casarse, como lo tendría, si él hubiese muerto; y los que aprueban la opinión de Ju-

(1) *Taur.*; connumerentur, et codice Fl.

(2) *Severi*, inserta *Hal.*

rent (1), non habituram connubium; putat enim Iulianus, durare eius libertate matrimonium etiam in captivitate propter patroni reverentiam. Certe, si in aliam servitutem patronus sit deductus, proculdubio dissolutum esset matrimonium.

46. GAIUS libro VIII. (2) ad legem Iuliam et Papiam.—Illud dubitationis est, an et qui communem libertam uxorem duxerit, ad hoc ius admittatur? Iavolenus negavit, quia non proprie videtur eius liberta, quae etiam alterius sit. Alii contra visum est, quia libertam eius esse negari non potest, licet alterius quoque sit liberta; quam sententiam plerique recte probaverunt.

47. PAULUS libro II. ad legem Iuliam et Papiam.—Senatoris filia, quae corpore quaestum vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, impune libertino nubit; nec enim honos ei servatur, quae se in tantum foedus (3) duxit.

48. TERENCEUS CLEMENS libro VIII. ad legem Iuliam et Papiam.—Filio patroni in libertam paternam eandemque uxorem idem iuris, quod ipsi patrono daretur, ex sententia legis accommodatur. Idemque dicendum erit, et si alterius patroni filius vivo altero libertam eorum uxorem duxerit.

§ 1.—Si ignominiosam libertam suam patronus uxorem duxerit, placet, quia contra legem maritus sit, non habere eum hoc legis beneficium.

§ 2.—Si uni ex filiis assignatam alter uxorem duxerit, non idem ius, quod in (4) patrono, tribuendum; nihil enim iuris habebit, quia Senatus omne ius libertorum assignatorum ad eum transtulit, cui id pater tribuit.

49. MARCELLUS (5) libro I. ad legem Iuliam et Papiam.—Observandum est, ut inferioris gradus homines ducant uxores eas, quas hi, qui altioris dignitatis sunt, ducere legibus propter dignitatem prohibentur; at contra antecedentis gradus homines non possunt eas ducere, quas his, qui inferioris dignitatis sunt, ducere non licet.

50. IDEM libro III. ad legem Iuliam et Papiam.—Proxime constitutum dicitur, ut, quum quis libertam suam duxerit uxorem, quam ex fideicommissi causa manumiserit, liceat libertae invito eo nuptias contrahere; puto, quia non erat ferendus is, qui ex necessitate manumissit, non suo arbitrio; magis enim debitam libertatem praestitit, quam ullum beneficium in mulierem contulit.

51. LICINIUS (6) RUFINUS libro I. Regularum.

liano dirían, que ella no ha de tener el derecho de matrimonio; porque opina Juliano, que subsiste el matrimonio de esta liberta aún durante la cautividad por razón de reverencia al patrono. Pero, á la verdad, si el patrono hubiera sido reducido á otra servidumbre, sin duda alguna se habría disuelto el matrimonio.

46. GAYO; Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro VIII.—Hay esta duda, ¿será acaso admitido á este derecho también el que hubiere tomado por mujer una liberta de él y de otro? Javoleno dijo que no, porque no se considera propiamente liberta suya la que también lo sea de otro. A otros les pareció lo contrario, porque no puede negarse que sea liberta suya, aunque también sea liberta de otro; cuya opinión con razón aprobaron los más.

47. PAULO; Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro II.—La hija de un Senador, que hubiere hecho ganancia con su cuerpo, ó representado en las diversiones públicas, ó que hubiere sido condenada en juicio público, se casa impunemente con un libertino; porque no se le conserva el honor á la que se rebajó á tanta torpeza.

48. TERENCEO CLEMENTE; Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro VIII.—Por disposición de la ley, al hijo del patrono se le aplica respecto á la liberta y mujer de su padre el mismo derecho que se le daría al propio patrono. Y lo mismo se habrá de decir, si el hijo de un patrono, viviendo el otro, hubiere tomado por mujer á la liberta de ellos.

§ 1.—Si el patrono hubiere tomado por mujer á una liberta suya ignominiosa, está establecido, porque se casó contra la ley, que no tiene él este beneficio de la ley.

§ 2.—Si á la liberta asignada á uno de los hijos la hubiere tomado otro por mujer, no se le ha de atribuir el mismo derecho que al patrono; pues no tendrá ningún derecho, porque el Senado transfirió todo el derecho de los libertos asignados á aquel á quien su padre se lo concedió.

49. MARCELLO; Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro I.—Se ha de observar, que los hombres de inferior categoría pueden casarse con aquellas que á los que son de más elevada dignidad se les prohibe por las leyes tomarlas por mujer por razón de su dignidad; mas por el contrario, los hombres de categoría superior no pueden casarse con aquellas que á los que son de inferior dignidad no les es lícito tomarlas por mujer.

50. EL MISMO; Comentarios á la ley Julia y Papiam, libro III.—Dícese que hace poco se estableció, que cuando uno hubiere tomado por mujer una liberta suya, á la que hubiere manumitido por causa de fideicomiso, le es lícito á la liberta contraer nupcias contra la voluntad de él; opino, que porque no debía ser atendido el que la manumitió por necesidad, no por su voluntad; porque más bien dió la libertad debida, que no concedió el beneficio alguno á la mujer.

51. LICINIO RUFINO; Reglas, libro I.—La esclava

(1) et quidem Iuliani sententia probatur dicentis, *Hal.*
(2) IX., *Hal.*
(3) scelus, *Hal.*; foedus es considerada aqui palabra sospechosa.

(4) (in). *Taur.*, sin necesidad.
(5) Martianus, *Vulg.*
(6) *Hal.*; Licinius, el código Fl.

—Matrimonii causa ancilla manumissa a nullo alio uxor duci potest, quam a quo manumissa est, nisi patronus matrimonio eius renuntiaverit.

§ 1.—Si autem filiusfamilias matrimonii causa iussu patris ancillam manumiserit, Iulianus putat, perinde eam haberi, atque si a patre eius manumissa esset; et ideo potest eam uxorem ducere.

52. PAULUS libro VI. ad Sabinum.—Incestae nuptiae neque dotem habent, et ideo omne, quod perceptum est, licet fructuum nomine, auferetur.

53. GAIUS libro XI. ad Edictum provinciale.—Nuptiae consistere non possunt inter eas personas, quae in numero parentum liberorumve sunt, sive proximi, sive ulterioris gradus sint, usque ad infinitum.

54. SCAEVOLA libro I. Regularum.—Et nihil interest, ex iustis nuptiis cognatio descendat, an vero non; nam et vulgo quaesitam sororem quis vetatur uxorem ducere.

55. GAIUS libro XI. ad Edictum provinciale.—Quin etiam nefas existimatur, eam quoque uxorem ducere, quae per adoptionem filia neptisve esse coeperit, in tantum, ut, etsi per emancipationem adoptio dissoluta sit, idem iuris maneat.

§ 1.—Patris adoptivi mei matrem, aut matertem, aut neptem ex filio uxorem ducere non possum, scilicet si in familia eius sim; alioquin si emancipatus fuero ab eo, sine dubio nihil impedit nuptias, scilicet quia post emancipationem extraneus intelligor.

56. ULPIANUS libro III. (1) Disputationum.—Etiam si concubinam quis habuerit sororis filiam, licet libertinam, incestum committitur.

57. MARCIANUS libro II. Institutionum.—Qui in provincia officium aliquod (2) gerit, prohibetur etiam consentire filio suo uxorem ducenti.

§ 1.—[58.] (3) In libro secundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat: Divus Marcus et Lucius Imperatores Flaviae Tertullae (4) per Mensorem libertum ita rescripserunt: «Movemur et temporis diuturnitate, quo ignara iuris in matrimonio avunculi tui fuisti, et quod ab avia tua collocata es, et numero liberorum vestrorum; idcircoque quum haec omnia in unum concurrunt, confirmamus statum liberorum vestrorum in eo matrimonio quaesitorum, quod ante annos quadraginta contractum est, perinde atque si legitime concepti fuissent».

58. [59.] IDEM (5) libro IV. Regularum.—A Divo Pio rescriptum est, si libertina Senatorem deceperit, quasi ingenua, et ei nupta est, ad exemplum Praetoris Edicti dandam in eam actionem, quia ex dote nullum lucrum habet, quae nulla est.

va manumitida por causa de matrimonio no puede ser tomada por mujer por otro ninguno, sino por el que fué manumitida, á no ser que el patrono hubiere renunciado al matrimonio con ella.

§ 1.—Mas si por causa de matrimonio hubiere un hijo de familia manumitido una esclava por mandato del padre, opina Juliano, que ella ha de ser considerada lo mismo que si hubiese sido manumitida por el padre de él; y que por esto puede tomarla por mujer.

52. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VI.*—Las nupcias incestuosas no tienen dote, y por esto se quita todo lo que se percibió, aún por razón de frutos.

53. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XI.*—No pueden existir nupcias entre las personas que están en el número de los ascendientes, ó de los descendientes, ya sean de grado próximo, ya de remoto, hasta lo infinito.

54. SCÉVOLA; *Reglas, libro I.*—Y nada importa, que la cognación provenga, ó no, de legítimas nupcias; porque también le está vedado á uno tomar por mujer á la hermana nacida del vulgo.

55. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XI.*—Porque también se considera ilícito tomar asimismo por mujer á la que por adopción hubiere comenzado á ser hija ó nieta, de tal modo, que subsiste el mismo derecho, aunque por la emancipación se haya disuelto la adopción.

§ 1.—No puedo tomar por mujer á la madre de mi padre adoptivo, ó á la tía materna, ó á la nieta habida de su hijo, por supuesto, si yo estuviera en su familia; de otro modo, si yo hubiere sido emancipado por él, sin duda que nada impide las nupcias, á saber, porque después de la emancipación soy tenido por extraño.

56. ULPIANO; *Disputas, libro III.*—Aunque alguno hubiere tenido por concubina á la hija de su hermana, aún cuando libertina, se comete incesto.

57. MARCIANO; *Instituta, libro II.*—Al que desempeña algún cargo en una provincia, también se le prohíbe que dé su consentimiento á su hijo para que tome mujer.

§ 1. [58.]—En el libro segundo de Papiniano sobre los adulterios nota Marciano: El Divino Marco y Lucio, Emperadores, respondieron por rescripto á Flavia Tertula por medio del liberto Mensor en estos términos: «Nos inclinamos á tu favor, tanto por la larga duración del tiempo que ignorando el derecho permaneciste en matrimonio con tu tío materno, cuanto porque fuiste casada por tu abuela, y por el número de vuestros hijos; y por ello, concurrendo todas estas cosas en una sola, confirmamos el estado de vuestros hijos habidos en este matrimonio, que se contrajo hace cuarenta años, lo mismo que si legítimamente hubiesen sido concebidos».

58. [59.] EL MISMO; *Reglas, libro IV.*—Se respondió en rescripto por el Divino Pio, que si una libertina hubiere engañado á un Senador, cual si fuese ingenua, y se casó con él, se ha de dar acción contra ella á ejemplo del Edicto del Pretor, porque no tiene ningún lucro por una dote que es nula.

(1) IV., Hal.

(2) Hal. Vulg.; aliquid, el códice Fl. según costumbre.

(3) Según la edición de Hal.

(4) Tertyllae, Hal.; Tertylliae, Vulg.

(5) Taur.; Marcianus, el códice Fl., Br.

59. [60.] PAULUS (1) *libro singulari de Assignatione libertorum*. (2) — Senatusconsulto, quo cautum est, ne tutor pupillam vel filio suo, vel sibi nuptum collocet, etiam nepos significatur.

60. [61.] IDEM *libro singulari ad Orationem Divi Antonini et Commodi*.—Si quis tutor quidem non sit, periculum tamen tutelae ad eum pertineat, an sententia Orationis contineatur, veluti si pupilla ab hostibus capta fuerit, aut falsis allegationibus a tutela se excusaverit, ut (3) ex sacris Constitutionibus periculum ad eum pertineat? Et dicendum est, hos quoque ad Senatusconsultum pertinere; nam et huiusmodi periculum in numerum trium tutelarum computari comprobatum est.

§ 1.—Sed si propter alterius personam periculum ad eum pervenit, videamus, ne extra sententiam Senatusconsulti sit, veluti si Magistratus in tutelae periculum incidit, vel fideiusserit quis pro tutore vel curatore, quia nec in numerum trium tutelarum haec imputantur; et consequens est, hoc probare.

§ 2.—Quid ergo, si honoris causa tutor datus sit, quatenus nec huiusmodi tutela in numerum computatur, numquid idem sit? Sed ratio in contrarium ducit, quod dictum est, et honorarium tutorem periculum solere pati, si male passus sit administrari tutelam.

§ 3.—Quin autem ille, qui, quum datus est tutor, cessat in administratione, pertineat ad Orationem, non est dubitandum, quia perinde tenetur ex sacris Constitutionibus, atque si gessisset.

§ 4.—Quid ergo, si, quum se vellet excusare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, excusationis negotium fuerit dilatatum, et inter moras pupilla adoleverit, an ad Senatusconsultum pertineat? Quaestio in eo est, an et post pubertatem officio finito excusationem eius recipi oporteat; nam si recipitur, et excusaverit (4), impune potest ducere, si vero non debeat recipi post officium finitum, non recte ducit. Et ait Papinianus libro quinto Responsorum, officio finito excusationem recipi non oportere, et ideo exacti temporis periculum ad eum pertinere; sed mihi hoc nequaquam placet, iniquum enim est, propter dilationem, quae forte non dolo, sed quae ex necessitate contingit, non excusari, vel nuptias impediri excusatione recepta.

§ 5.—Quamvis verbis Orationis cautum sit, ne uxorem tutor pupillam suam ducat, tamen intelligendum est, ne desponderi quidem posse; nam cum qua nuptiae contrahi non possunt, haec plerumque ne quidem desponderi potest, nam quae duci potest, iure despondetur.

§ 6.—Quid ergo, si adoptivus filius tutoris duxerit pupillam illicite, posteaque emancipatus fuerit? Credendum est, de adoptivis emancipatis Se-

59. [60.] PAULO; *De la asignación de los libertos, libro único*.—Por el Senadoconsulto en que se dispuso que el tutor no dé á su hijo, ó tome para sí, en matrimonio su pupila, se significa también el nieto.

60. [61.] EL MISMO; *Comentarios á la Oración del Divino Antonino y de Commodo, libro único*.—Si alguno no fuera ciertamente tutor, pero á él le correspondiera el riesgo de la tutela, ¿estará acaso comprendido en la disposición de la Oración, como si la pupila hubiere sido cogida por los enemigos, ó él se hubiere excusado de la tutela con falsas alegaciones, de modo que conforme á las sacras Constituciones le corresponda á él el riesgo? Y se ha de decir, que también estos están comprendidos en el Senadoconsulto; porque está comprobado que también semejante riesgo se computa en el número de las tres tutelas.

§ 1.—Pero si el riesgo le sobreviene á él por la persona de otro, veamos si se hallará fuera de la disposición del Senadoconsulto, como si el Magistrado incurre en el riesgo de la tutela, ó si alguno hubiere dado fianza por el tutor ó el curador, porque estas cosas no se cuentan en el número de las tres tutelas; y es consiguiente aprobar esto.

§ 2.—Si, pues, se hubiera nombrado tutor por causa honoraria, como quiera que semejante tutela tampoco se computa en el número, ¿qué se dirá, acaso que será lo mismo? Pero la razón induce á lo contrario, porque se dijo que también el tutor honorario suele soportar el riesgo, si consintió que se administrase mal la tutela.

§ 3.—Mas no se ha de dudar, que también el que habiendo sido nombrado tutor, cesa en la administración, está comprendido en la Oración, porque por las sacras Constituciones está obligado, lo mismo que si hubiese administrado.

§ 4.—Luego ¿qué, si queriéndose excusar por algún título, y no teniendo á la mano las pruebas, se hubiere dilatado el negocio de la excusa, y durante la tardanza se hubiere hecho adulta la pupila, acaso estará comprendido en el Senadoconsulto? La cuestión estriba en esto, en si debe admitirse su excusa aún después de la pubertad, finalizado el cargo; porque si se admite, y se hubiere excusado, impunemente puede tomarla por mujer, pero si no debiera admitirse después de terminado el cargo, no la toma regularmente. Y dice Papiniano en el libro quinto de las Respuestas, que finido el cargo no debe admitirse la excusa, y que por esto le corresponde á él el riesgo del tiempo transcurrido; pero esto no me parece bien en manera alguna, porque es injusto, que por causa de dilación, que acaso no sobrevino por dolo, sino por necesidad, no se excuse, ó se impidan las nupcias habiéndose admitido la excusa.

§ 5.—Aunque por las palabras de la Oración se haya dispuesto que el tutor no tome por mujer á su pupila, se ha de entender, sin embargo, que no se pueden ciertamente contraer esponsales; porque con la que no pueden contraerse nupcias, no se pueden ciertamente celebrar las más de las veces esponsales, porque se promete en derecho la que puede ser tomada por mujer.

§ 6.—¿Qué se dirá, pues, si un hijo adoptivo del tutor hubiere tomado ilícitamente por mujer á la pupila, y después hubiere sido emancipado? Se ha

(1) Caius, *Vulg.*
(2) *libertinorum, Hal.*

(3) *aut, Hal.*
(4) *se, inserta la Vulg.*

datum non sensisse, quia post emancipationem in totum adoptivae familiae obliviscuntur.

§ 7.—Naturales liberi, licet in adoptionem dati fuerint, Senatusconsulto continentur.

§ 8.—Quid ergo, si tutor datus provocavit, et postea heres eius victus est, praeteriti temporis periculum praestare debet, an vero, si filius heres fuerit, et victus est, ad Orationem pertineat? Et consequens est, hoc probare, quoniam rationem debet reddere.

61. [62.] PAPINIANUS libro XXXII. *Quaestio-num*.—Dote propter illicitum matrimonium caduca facta exceptis impensis necessariis, quae dotem ipso iure minuere solent, quod iudicio de dote redditurus esset maritus, solvere debet.

62. [63.] IDEM libro IV. *Responsorum*.—Quamquam in arbitrio matris pater esse voluerit, cui nuptum filia communis collocaretur, frustra tamen ab ea tutor datus eligitur; neque enim intelligitur pater de persona tutoris cogitasse, quum ideo maxime matrem praetulit, ne filiae nuptias tutori committeret.

§ 1.—Mulier liberti viri ac patroni sui mala ratione coniungitur.

§ 2.—Tutor, qui rationes curatoris reddidit, puellam (1) suam ante constitutum tempus aetatis eius uxorem ducere, nec matrem ex alio matrimonio factam potest.

63. [64.] IDEM libro I. (2) *Definitionum*.—Praefectus cohortis vel equitum, aut tribunus (3) contra interdictum eius provinciae duxit uxorem, in qua officium gerebat; matrimonium non erit; quae species pupillae comparanda est, quum ratio potentatus nuptias prohibuerit. Sed an huic quoque si virgo nupsit, non sit auferendum, quod testamento relictum est, deliberari potest. Exemplo tamen pupillae nuptae tutori, quod relictum est, potest mulier consequi, pecuniam tamen in dotem datam mulieris heredi restitui necesse est.

64. [65.] CALLISTRATUS libro II. *Quaestio-num*.—Libertum eundemque tutorem pupillae eo, quod in matrimonium collocata ipsi tutori suo vel filio eius est, Senatus relegandum censuit.

§ 1.—Senatusconsulti, quo prohibentur tutores et filii eorum pupillas suas ducere, puto heredem quoque tutoris extraneum sententia apprehendi; quum ideo prohibuerit huiusmodi nuptias, ne pupillae in re familiari circumscribantur ab his, qui rationes iis gestae tutelae reddere compelluntur.

§ 2.—Tutor autem pupilli non prohibetur filiam suam collocare pupillo suo in matrimonium.

65. [66.] PAULUS libro VII. (4) *Responsorum*.—Eos, qui in patria sua militavit, non videri con-

de creer, que el Senado no se refirió á los adoptivos emancipados, porque después de la emancipación se olvidan por completo de la familia adoptiva.

§ 7.—Los hijos naturales, aunque hubieren sido dados en adopción, se comprenden en el Senadoconsulto.

§ 8.—¿Luego, qué, si el tutor nombrado apeló, y después fué vencido su heredero, debe responder del riesgo del tiempo pasado, ó por el contrario, si el hijo hubiere sido su heredero, y fué vencido, estará comprendido en la Oración? Y es consiguiente, que se apruebe esto, porque debe rendir cuentas.

61. [62.] PAPINIANO; *Cuestiones, libro XXXII*.—Hecha caduca la dote por causa de ilícito matrimonio, el marido debe pagar lo que habría de devolver por la acción de dote, exceptuados los gastos necesarios, que de derecho suelen disminuir la dote.

62. [63.] EL MISMO; *Respuestas, libro IV*.—Aunque el padre hubiere querido que esté al arbitrio de la mujer con quién se colocaría en matrimonio la hija de ambos, sin embargo, en vano se eligirá por ella el tutor nombrado; porque no se entiende que el padre pensó en la persona del tutor, puesto que por esto principalmente prefirió á la madre, para no encomendar al tutor las nupcias de la hija.

§ 1.—Malamente se une la mujer con el liberti de su marido y de su patrono.

§ 2.—El tutor, que rindió cuentas al curador, no puede tomar por mujer á su pupila antes del tiempo establecido respecto á su edad, ni aún habiéndose hecha madre por otro matrimonio.

63. [64.] EL MISMO; *Definiciones, libro I*.—Un prefecto de cohorte, ó de caballería, ó un tribuno, se casó, contra lo prohibido, con mujer de la provincia en que desempeñaba su cargo; no habrá matrimonio; cuyo caso se ha de comparar al de la pupila, como quiera que la razón de poderio haya prohibido las nupcias. Pero se puede deliberar, si también á esta se le haya de quitar, si se casó siendo virgen, lo que se le dejó por testamento. Mas á ejemplo de la pupila casada con un tutor, puede conseguir la mujer lo que se le dejó, pero es necesario que se resituya al heredero de la mujer el dinero dado en dote.

64. [65.] CALISTRATO; *Cuestiones, libro II*.—El Senado dispuso, que el liberti y tutor de una pupila ha de ser relegado, por haber sido ella colocada en matrimonio con su mismo tutor, ó con su hijo.

§ 1.—Yo creo que en la decisión del Senadoconsulto, por el cual se prohíbe que los tutores y sus hijos se casen con sus pupilas, se comprende también el heredero extraño del tutor; por cuanto prohibió semejantes nupcias, para que las pupilas no sean engañadas en sus bienes familiares por los que están obligados á rendirles cuenta de la tutela administrada.

§ 2.—Mas no se prohíbe que el tutor del pupilo coloque en matrimonio á su hija con su pupilo.

65. [66.] PAULO; *Respuestas, libro VII*.—No se considera que los que ejercen la milicia en su

(1) pupillam, Hal. Vulg.
(2) II., Hal.

(3) si, insertan Hal. Vulg.
(4) V., Hal.

tra mandata ex eadem provincia uxorem ducere, idque etiam quibusdam mandatis contineri.

§ 1.—Idem eodem respondit, mihi placere, etsi contra mandata contractum sit matrimonium in provincia, tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseverat, iustas nuptias effici, et ideo postea liberos natos ex iusto matrimonio legitimos esse.

66. [67.] IDEM libro II. Sententiarum.—Non est matrimonium, si tutor vel curator pupillam suam intra vicesimum et sextum (1) annum non desponsam a patre, nec testamento destinatum ducat uxorem, vel eam filio suo iungat; quo facto uterque infamatur, et pro dignitate pupillae extra ordinem coërcetur; nec interest, filius sui iuris, an in patris potestate sit.

§ 1.—Curatoris (2) libertum eam pupillam, cuius patronus res administrat, uxorem ducere satis incivile est.

67. [68.] THRYPHONINUS libro IX. Disputatio-num.—Non solum vivo tutore, sed et post mortem eius filius tutoris ducere uxorem prohibetur eam, cuius tutelae rationi obstrictus pater fuit. Nec puto interesse, extiterit ei heres filius, an abstinerit paterna hereditate, an nec heres fuit, forte exheredatus, aut praeteritus (3) emancipatus; nam et fieri potest, ut per fraudem in eum collocata (4) bona patris propter tutelam revocari oporteat.

§ 1.—De uno dubitari potest, si avus tutelam gessit neptis ex filio emancipato natae, an nepoti ex altero filio eam collocare possit sive emancipato, sive manenti in potestate, quia par affectionis causa suspicionem fraudis amovet. Sed etsi Senatusconsultum stricto iure contra omnes tutores nititur, attamen summae affectionis avitae intuitu huiusmodi nuptiae concedendae sunt.

§ 2.—Sed et si filiusfamilias tutor puellae vel curator fuit, puto, vel magis patri eius non oportere eam nubere; numquid nec fratri, qui est in eiusdem potestate?

§ 3.—Sed videamus, si Titii filius duxerit uxorem eam, quae tua pupilla fuit, deinde Titium, vel filium eius adoptaveris, an perimuntur (5) nuptiae, ut in genero adoptato dictum est, an adoptio impeditur (6)? Quod magis dicendum est, et si curator, dum gerit curam, adoptaverit maritum eius puellae, cuius curator est (7); nam finita (8) iam tutela, et nupta puella alii vereor, ne longum sit, adoptionem mariti eius impedire, quasi propter hoc interponatur, ut ratio tutelae reddendae cohibeatur; quam causam prohibitionis nuptiarum contrahendarum Oratio Divi Marci continet.

§ 4.—Et si quis curator ventri bonisque datus

(1) septimum (en lugar de sextum), Hal.
 (2) an in patris potestate sit, tutoris curatorisque. Libertum, contra la autoridad de las Bas., Hal.
 (3) vel, insertan Hal. Vulg.
 (4) collata, Hal. Vulg.

patria toman contra lo mandado mujer de la misma provincia, y esto se halla contenido también en ciertos mandatos.

§ 1.—El mismo respondió en el propio libro: me parece bien, que, aunque contra lo mandado se haya contraído el matrimonio en la provincia, se hagan, sin embargo, legítimas las nupcias después de resignado el cargo, si persevera en la misma voluntad, y que por lo tanto, los hijos nacidos después, de legítimo matrimonio, sean legítimos.

66. [67.] EL MISMO; Sentencias, libro II.—No hay matrimonio, si el tutor ó el curador tomase por mujer á su pupila dentro del vigésimo sexto año, no habiendo sido prometida por el padre, ni destinada en su testamento, ó si la uniera con su hijo; con cuyo hecho ambos se infaman, y son castigados fuera de órden con arreglo á la dignidad de la pupila; y no importa que el hijo sea de propio derecho, ó esté bajo la potestad del padre.

§ 1.—Es bastante contrario al derecho civil, que el liberto del curador tome por mujer á la pupila, cuyos bienes administra su patrono.

67. [68.] TRIFONINO; Disputas, libro IX.—No solamente viviendo el tutor, sino también después de su muerte, está prohibido que el hijo del tutor se case con aquella á cuyas cuentas de la tutela estuvo obligado el padre. Y no creo que importe que el hijo haya quedado su heredero, ó que se haya abstenido de la herencia paterna, ó que no haya sido heredero, acaso por haber sido desheredado, ó preterido estando emancipado; porque también puede suceder, que por causa de la tutela convenga que se revoquen los bienes del padre dejados á él fraudulentamente.

§ 1.—Se puede dudar, si, en el caso de que el abuelo administró la tutela de una nieta nacida de un hijo emancipado, podría colocarla en matrimonio con un nieto habido de otro hijo, ora emancipado, ora que esté en su potestad, porque igual causa de afección quite la sospecha de fraude. Pero aunque el Senadoconsulto rige por estricto derecho contra todos los tutores, sin embargo, por consideración al sumo afecto del abuelo se han de permitir tales nupcias.

§ 2.—Pero también si el hijo de familia fué tutor ó curador de una doncella, creo que aún con más razón no conviene que ella se case con el padre de aquél; y acaso tampoco con el hermano, que está bajo la potestad del mismo?

§ 3.—Pero veamos, si el hijo de Ticio hubiere tomado por mujer á la que fué tu pupila, y después hubieres adoptado á Ticio, ó á su hijo, ¿se invalidan acaso las nupcias, como se dijo en el caso de haber sido adoptado el yerno, ó se impide la adopción? Y más bien se ha de decir esto, también si el curador, mientras administra la curatela, hubiere adoptado al marido de la doncella, de quien es curador; porque terminada ya la tutela, y casada con otro la doncella, temo que no sea alambicado impedir la adopción de su marido, como si se interpusiera para esto, para cohibir la rendición de cuentas de la tutela; cuya causa de prohibición de nupcias que se han de contraer la comprende la Oración del Divino Marco.

§ 4.—Y también si alguno hubiera sido nombra-

(5) Según la escritura original, Br.: perimuntur, Taur. según corrección del código Fl.; perimantur, Hal.
 (6) impediatur, Hal.
 (7) idem iuris est, adiciona Hal.
 (8) Taur.; nam finita (acaso: nam si finita), el código Fl.

sit, prohibitionem eiusdem Senatusconsulti (1) inducit, nam et hic debet rationem reddere; nec spatium administrationis movere nos debet, quia nec in tutore, nec curatore discrimen maioris aut minoris temporis, quo in huiusmodi munere quis fuerit, habitum est (2).

§ 5.—Si puellae tutelam Titius administravit, vel curator negotia gessit, eaque nondum recepta ratione decessit filia herede relicta, quaerenti, an eam filio suo posset Titius collocare in matrimonium, dixi, posse, quia ratio (3) hereditaria esset, et sic (4) simplex debitum; alioquin omnis debitor eam, cui obligatus esset ex aliqua ratione, prohiberetur (5) sibi filioque suo coniungere.

§ 6.—Sed et is, qui pupillam abstinet bonis patris sui, rationem eius rei praestare debet, et fieri potest, ut, etsi inconsultus hoc fecerit, et hoc nomine condemnari debeat; sed etsi optimo consilio usus sit auxilio Praetoriae iurisdictionis, quia non solvendo pater eius decesserat, nihilominus tamen, quia iudicio hoc probari oportet, impediuntur nuptiae; nam qui bene tutelam et ex fide administravit, nihilominus prohibetur.

68. [69.] PAULUS *libro singulari ad Senatusconsultum Turpillianum*. (6).—Iure gentium incestum committit, qui ex gradu adscendentium, vel descendendum uxorem duxerit; qui vero ex latere eam duxerit, quam vetatur, vel affinem, quam impeditur, si quidem palam fecerit, levius, si vero clam hoc commiserit, gravius punitur. Cuius diversitatis illa ratio est circa matrimonium, quod ex latere non bene contrahitur, palam delinquentes ut errantes maiore poena excusantur, clam committentes ut contumaces plectuntur.

TIT. III

DE IURE DOTIUM

[Cf. *Cod.* V. 11. 12. 15.]

1. PAULUS *libro XIV*. (7) *ad Sabinum*.—Dotis causa perpetua est, et cum voto eius, qui dat, ita contrahitur, ut semper apud maritum sit.

2. IDEM *libro LX*. (8) *ad Edictum*.—Reipublicae interest, mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt (9).

3. ULPIANUS *libro LXIII. ad Edictum*.—Dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quae consistere non possunt, neque enim dos sine matrimonio esse potest; ubicunque igitur matrimonii nomen non est, nec dos est.

4. PAULUS *libro VI. ad Sabinum*.—Si proprie-

do curador del que está en el vientre y de los bienes, se halla comprendido en la prohibición del mismo Senadoconsulto, porque también este debe rendir cuentas; y no debe hacernos variar la duración de la administración, porque ni respecto al tutor, ni en cuanto al curador, se estableció diferencia del mayor ó menor tiempo que alguno hubiere estado en semejante cargo.

§ 5.—Si Ticio administró la tutela de una doncella, ó como curador cuidó de sus negocios, y ella, no habiendo recibido todavía las cuentas, falleció habiendo dejado por heredera á su hija, á uno que me preguntaba si podría Ticio colocar á esta en matrimonio con su hijo, le dije que podía, porque la cuenta sería de la herencia, y de este modo una simple deuda; pues de otra suerte, á todo deudor se le prohibiría unir consigo mismo, ó con su hijo, á aquella á quien estuviese obligado por alguna razón.

§ 6.—Pero también el que abstiene á la pupila de los bienes de su padre debe rendir cuenta de esto, y puede suceder, que aunque esto lo hubiere hecho sin premeditación, también deba ser condenado por este motivo; pero aunque con el mejor consejo haya utilizado el auxilio de la jurisdicción Pretoria, porque el padre de aquella había fallecido insolvente, todavía sin embargo se impiden las nupcias, porque conviene que esto se pruebe en juicio; pues aún al que bien y fielmente administró la tutela se le prohíben.

68. [69.] PAULO; *Comentarios al Senadoconsulto Turpiliano, libro único*.—Por derecho de gentes comete incesto el que hubiere tomado mujer en grado de los ascendientes, ó de los descendientes; mas el que hubiere tomado en grado colateral la que le está vedada, ó una afín que se le prohíbe, si verdaderamente lo hubiere hecho en público, es castigado más levemente, pero con más gravedad, si esto lo hubiere ejecutado clandestinamente. De cuya diversidad es la razón respecto al matrimonio, que en grado colateral no se contrae debidamente, que los que delinquen públicamente se excusan de la pena mayor, como si erraran, y los que lo hacen clandestinamente son castigados como contumaces.

TÍTULO III

DEL DERECHO RELATIVO Á LAS DOTES

[Véase *Cód.* V. 11. 12. 15.]

1. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XIV*.—La causa de la dote es perpétua, y con el consentimiento del que la dá se contrae de modo, que siempre esté en poder del marido.

2. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LX*.—Interesa á la República, que las mujeres tengan á salvo la dote, por la cual pueden casarse.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXIII*.—La denominación de dote no se refiere á los matrimonios, que no pueden subsistir, porque tampoco puede haber dote sin matrimonio; así pues, donde quiera que no existe el nombre de matrimonio, tampoco hay dote.

4. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VI*.—Si

(1) *Senatusconsultum, Hal.*(2) *Hal.*; esse, *el código Fl.*(3) ratio, *se considera añadida por antiguos copistas.*(4) *Hal. Vulg.*; sit, *el código Fl.*(5) *Hal.*; prohibetur, *el código Fl.*(6) *Iulianum, Hal.*(7) *IX., Hal.*(8) *LXII., Hal.*(9) *possunt, Hal. Vulg.*

tati nudae in dotem datae ususfructus accesserit, incrementum videtur dotis, non alia dos, quemadmodum si quid alluvione accessisset.

5. *ULPIANUS libro XXXI. ad Sabinum.*— Profecticia dos est, quae a patre vel parente profecta est de bonis vel facto eius.

§ 1.—Sive igitur parens dedit dotem, sive procurator eius, sive iussit alium dare, sive quum quis dedisset negotium eius gerens, parens ratum habuerit, profecticia dos est.

§ 2.—Quodsi quis patri donaturus (1) dedit, Marcellus libro sexto Digestorum scripsit, hanc quoque a patre profectam esse; et est verum.

§ 3.—Sed et si curator furiosi vel prodigi, vel cuiusvis alterius dotem dederit, similiter dicemus, dotem profecticiam esse.

§ 4.—Sed et si proponas, Praetorem vel Praesidem decrevisse, quantum ex bonis patris vel ab hostibus capti, aut a latronibus oppressi filiae in dotem detur, haec quoque profecticia videtur.

§ 5.—Si pater repudiaverit hereditatem dotis constituendae causa, forte quod maritus erat substitutus, aut qui (2) potuit ab intestato hereditatem vindicare, dotem profecticiam non esse, Iulianus ait. Sed et si legatum in hoc repudiaverit pater, ut apud generum heredem remaneat dotis constituendae causa, Iulianus probat, non esse profectum id de bonis, quia nihil erogavit de suo pater, sed non acquisivit.

§ 6.—Si pater non quasi pater, sed alio dotem promittente fideiussit, et quasi fideiussor solverit, Neratius ait, non esse profecticiam (3) dotem, quamvis pater servare a reo id, quod solvit, non possit.

§ 7.—Sed si pater dotem promisit, et fideiussorem vel reum pro se dedit, ego puto profecticiam esse dotem; sufficit enim, quod pater sit obligatus sive reo, sive fideiussori.

§ 8.—Si filiusfamilias mutuatus creditorem delegavit, ut daret pro filia dotem, vel etiam ipse accepit, et dedit, videri dotem ab avo profectam, Neratius ait hactenus, quatenus avus esset dotaturus neptem suam; id enim in rem avi videri verum.

§ 9.—Si quis certam quantitatem patri donaverit ita, ut hanc pro filia daret, non esse dotem profecticiam Iulianus libro septimo decimo Digestorum scripsit; obstrictus est enim, ut det, aut si non dederit, conditione tenetur. Hoc et in matre iuris esse ait, si forte sub ea conditione uxor marito det, ut pro filia genero in dotem daret; nec videri uxorem marito donasse. Rectissime ergo ait, ut non sit interdicta donatio iure civili; non enim ad hoc dedit, ut ipse habeat, sed ut genero pro filia expendat; denique si non dederit, conditione tenetur. Esse igitur dotem istam adventiciam, Iulianus ait, et ita utimur.

§ 10.—Si filiusfamilias dotem promiserit, et sui

à la nuda propiedad dada en dote acreciere el usufructo, se considera incremento de la dote, no otra dote, à la manera que si algo hubiese acrecido por aluvi6n.

5. *ULPIANO; Comentarios à Sabino, libro XXXI.*—Es dote profecticia, la que provino por el padre ó por un ascendiente, de sus bienes ó de hecho suyo.

§ 1.—Así pues, ya si dió la dote un ascendiente, ya si su procurador, ya si mandó que otro la diera, ya si, habiéndola dado alguno que gestionase negocio de él, la hubiere ratificado el padre, la dote es profecticia.

§ 2.—Pero si la dió el que la había de donar al padre, escribió Marcelo en el libro sexto del Digesto, que también esta provino del padre; y es verdad.

§ 3.—Pero también si hubiere dado la dote el curador de un furioso, ó de un pródigo, ó de otro cualquiera, diremos igualmente que la dote es profecticia.

§ 4.—Pero también si dijeras, que el Pretor ó el Presidente había decretado cuánto se había de dar en dote à la hija, de los bienes del padre, ó cogido por los enemigos, ó secuestrado por los ladrones, ésta se considera asimismo profecticia.

§ 5.—Si el padre hubiere repudiado una herencia para constituir la dote, acaso porque el marido era heredero substituido, ó el que pudo reivindicar la herencia abintestato, dice Juliano, que la dote no es profecticia. Pero también si el padre hubiere repudiado un legado con este objeto, para que quede en poder del yerno, que era el heredero, para constituir la dote, dice Juliano, que esto no provino de sus bienes, porque nada gastó el padre de lo suyo, sino que no lo adquirió.

§ 6.—Si el padre no la diere como padre, sino que prometiendo otro la dote fué fiador, y la hubiere pagado como fiador, dice Neracio, que la dote no es profecticia, aunque el padre no pueda recordar del deudor lo que pagó.

§ 7.—Pero también si el padre prometió la dote, y dió por él un fiador ó un deudor, yo creo que la dote es profecticia; porque basta que el padre esté obligado ó al deudor, ó al fiador.

§ 8.—Si habiéndose prestado à un hijo de familia, delegó al acreedor para que diese la dote por la hija, ó aun si él mismo recibió el mútuo, y la dió, dice Neracio, que se considera que la dote provino del abuelo en tanto cuanto el abuelo había de dotar à su nieta; porque se considera que esto se convirtió en provecho del abuelo.

§ 9.—Si alguno hubiere donado al padre cierta cantidad para que la diese por la hija, escribió Juliano en el libro décimo séptimo del Digesto, que la dote no es profecticia; porque está obligado à darla, ó si no la diere, está sujeto à la condición. Este derecho dice que hay también respecto à la madre, si acaso la mujer la diera al marido con la condición de que por la hija la diese en dote al yerno; y no se considera que la mujer hizo donación à su marido. Luego con muchísima razón dice, que ésta no es donación prohibida por el derecho civil; porque no dió la cantidad con este objeto, para que él la tenga, sino para que por la hija la entregue al yerno; y finalmente, si no la hubiere dado, está obligado por la condición. Así pues, dice Juliano, esta dote es adventicia, y así lo admitimos.

§ 10.—Si un hijo de familia hubiere prometido la

(1) dotem, insertan Hal. Vulg.

(2) quia (en lugar de qui), Hal.; qui, omitela la Vulg.

(3) Taur.; non esse profecticiam esse dotem, erróneamente el códice Fl.

iuris factus dederit, profecticiam esse dotem (1); non enim pro hereditate patris aes alienum solvit, sed suum aes alienum susceptum, dum filiusfamilias esset, paterfamilias factus exoneravit.

§ 11.—Si pater pro filia emancipata dotem dederit, profecticiam nihilominus dotem esse nemini dubium est, quia non ius potestatis, sed parentis nomen dotem profecticiam facit, sed ita demum, si ut parens dederit; ceterum si, quum deberet filiae, voluntate eius dedit, adventicia dos est.

§ 12.—Papinianus libro decimo Quaestionum ait, quum pater curator suae filiae iuris sui effectae dotem pro ea constituisset, magis eum quasi patrem id, quam quasi curatorem fecisse videri

§ 13.—Iulianus libro nono decimo Digestorum (2) adoptivum quoque patrem, si ipse dotem dedit, habere eius repetitionem (3) ait.

§ 14.—Si quis pro aliena filia dotem promiserit, et promissori pater heres extiterit, Iulianus distinguit, interesse, ante nuptias pater heres extiterit et dotem dederit, an postea; si ante, videri dotem ab eo profectam, potuit (4) enim nuntium remittendo resolvere dotem, quodsi post nuptias, non esse profecticiam.

6. POMPONIUS libro XIV. ad Sabinum.—Iure succursum est patri, ut filia amissa solatii loco cederet, si redderetur ei dos ab ipso profecta, ne et filiae amissae, et pecuniae damnum sentiret.

§ 1.—Si pater alienum fundum bona fide emptum in dotem dedit, ab ipso profectus intelligitur.

§ 2.—Si in dote danda circumventus sit alteruter, etiam maiori annis vigintiquinque succurrendum est, quia bono et aequo non conveniat, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum.

7. ULPIANUS libro XXXI. ad Sabinum.—Dotis fructum ad maritum pertinere debere aequitas suggerit; quum enim ipse onera matrimonii subeat, aequum est, eum etiam fructus percipere.

§ 1.—Si fructus constante matrimonio percepti sint, dotis non erunt; si vero ante nuptias percepti fuerint, in dotem convertuntur, nisi forte aliquid inter maritum futurum et destinatam uxorem convenit, tunc enim quasi donatione facta fructus non redduntur.

§ 2.—Si ususfructus in dotem datus sit, videamus, utrum fructus reddendi sunt, nec ne. Et Celsus libro decimo Digestorum ait, interesse, quid acti (5) sit; et nisi appareat aliud actum, putare se, ius ipsum in dote esse, non etiam fructus, qui percipiuntur.

§ 3.—Si res in dotem (6) dentur, puto in bonis mariti fieri, accessionemque temporis marito ex persona mulieris concedendam; fiunt autem res mariti, si constante matrimonio in dotem dentur.

dote, y la hubiere dado hecho dueño de sí, la dote es profecticia; porque no pagó una deuda por la herencia del padre, sino que hecho padre de familia pagó una deuda propia, contraída mientras era hijo de familia.

§ 11.—Si el padre hubiere dado la dote por su hija emancipada, para nadie es dudoso, que la dote es sin embargo profecticia, porque hace profecticia á la dote, no el derecho de potestad, sino el nombre del ascendiente, pero esto, solamente si la hubiere dado como ascendiente; mas si debiendo á la hija, la dió por voluntad de ésta, la dote es adventicia.

§ 12.—Dice Papiniano en el libro décimo de las Cuestiones, que cuando el padre, curador de su hija, hecha dueña de sí, hubiese constituido por ella la dote, se considera que él hizo esto más bien como padre, que como curador.

§ 13.—Dice Juliano en el libro décimo noveno del Digesto, que también el padre adoptivo, si él mismo dió la dote, tiene la repetición de la misma.

§ 14.—Si alguno hubiere prometido dote por la hija de otro, y el padre hubiere quedado heredero del que la prometió, dice Juliano; que importa distinguir, si el padre haya quedado heredero, y dado la dote, antes de las nupcias, ó después; que si antes, se considera que la dote provino de él, porque pudo, enviando mensajero, revocar la dote, pero que si después de las nupcias, no es profecticia.

6. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XIV.*—Por el derecho se socorrió al padre, para que, perdida la hija, le sirviese como de consuelo si se le devolviese la dote dimanada de él, á fin de que no experimentase el quebranto de haber perdido la hija y el dinero.

§ 1.—Si el padre dió en dote un fundo ajeno, comprado de buena fé, se entiende que provino de él.

§ 2.—Si al darse la dote hubiera sido engañado uno de los dos, se ha de auxiliar aun al mayor de veinticinco años, porque no conviene á la bondad y á la equidad, ó que álguien se lucre con perjuicio de otro, ó que experimente daño por lucro de otro.

7. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXI.*—Sugiere la equidad, que debe pertenecer al marido el fruto de la dote; porque soportando él las cargas del matrimonio, es justo que también perciba los frutos.

§ 1.—Si se hubieran percibido los frutos durante el matrimonio, no serán de la dote; pero si se hubieren percibido antes de las nupcias, se aplican á la dote, si acaso no se convino otra cosa entre el futuro marido y la mujer destinada, porque entonces no se devuelven los frutos, como si se hubiera hecho donación de ellos.

§ 2.—Si se hubiera dado en dote el usufructo, veamos si se han de devolver, ó no, los frutos. Y dice Celsus en el libro décimo quinto del Digesto, que importa saber qué se haya convenido; y que si no apareciere que se haya convenido otra cosa, él opina que está en dote el derecho mismo, no también los frutos, que se perciben.

§ 3.—Si se dieran en dote algunas cosas, opino que se hacen de los bienes del marido, y que se ha de conceder al marido por razón de la persona de su mujer la accesión del tiempo; pero las cosas se

(1) constat, inserta Hal.

(2) Iulianus—Digestorum, omitelas Hal.

(3) Iulianus, inserta Hal.

(4) pctaesse, Hal.

(5) actum, Vulg.

(6) Hal. Vulg.: dote, el códice Fl.

Quid ergo, si ante matrimonium? Si quidem sic dedit mulier, ut statim eius fiant, efficiuntur (1); enimvero si hac conditione dedit, ut tunc efficiantur, quum nupserit, sine dubio dicemus, tunc eius fieri, quum nuptiae fuerint secutae. Proinde si forte nuptiae non sequantur nuntio remisso, si quidem sic dedit mulier, ut statim viri res fiant, condicere eas debet misso nuntio; enimvero si sic dedit, ut secutis nuptiis incipiant esse, nuntio remisso statim eas vindicabit. Sed ante nuntium remissum si vindicabit, exceptio poterit nocere vindicanti aut doli, aut in factum; doti enim destinata non debent vindicari;

8. CALLISTRATUS libro II. *Quaestionum*.— sed nisi hoc evidenter actum fuerit, credendum est, hoc agi, ut statim res sponsi fiant, et nisi nuptiae secutae fuerint, reddantur.

9. ULPIANUS libro XXXI. *ad Sabinum*.— Si ego Sciae res dederó, ut ipsa suo nomine in dotem det, efficiuntur eius, licet non in dotem sint datae; sed conditione tenebitur. Quodsi pro ea res ego dem, si quidem ante nuptias, interest, qua conditione dedi, utrum, ut statim fiant accipientis, an secutis nuptiis; si statim, nuntio misso condicam, sin vero non statim, potero vindicare, quia meae res sunt. Quare et si sequi nuptiae non possunt propter matrimonii interdictionem, ex posteriore casu res meae remanebunt.

§ 1.—Si res alicui tradidero, ut nuptiis secutis dotis efficiantur, et ante nuptias decessero, an secutis nuptiis dotis esse incipiant? Et vereor, ne non possint in dominio eius effici, cui datae sunt, quia post mortem incipiat dominium discedere ab eo, qui dedit, quia pendet donatio in diem nuptiarum, et quum sequitur conditio nuptiarum, iam heredis dominium est, a quo discedere rerum non posse dominium invito eo, fatendum est. Sed benignius est, favore dotium necessitatem imponi heredi consentire ei, quod defunctus fecit, aut si distulerit, vel absit, etiam nolente vel absente eo dominium ad maritum ipso iure transferri, ne mulier maneat indotata.

§ 2.—Dotis autem causa data accipere debemus ea, quae in dotem dantur.

§ 3.—Ceterum si res dentur in ea, quae Graeci *παράφορα* [praeter dotem illata] dicunt, quaeque Galli peculium appellant, videamus, an statim efficiuntur mariti? Et putem, si sic dentur, ut fiant, effici mariti; et quum distractum fuerit matrimonium, non vindicari oportet, sed condici, nec dotis actione peti, ut Divus Marcus et (2) Imperator noster cum patre rescripserunt. Plane si rerum

hacen del marido, si se le dieran en dote durante el matrimonio. ¿Luego, qué se dirá, si antes del matrimonio? Si verdaderamente las dió la mujer de modo que al punto se hagan de él, se hacen; pero si las dió con esta condición, que se hagan entonces cuando ella se hubiere casado, sin duda diremos, que entonces se hacen de él, cuando se hubieren verificado las nupcias. Por lo cual, si acaso no se verificasen las nupcias, habiéndose enviado mensaje, si verdaderamente la mujer las dió de modo que al punto se hagan del marido las cosas, deberá reclamarlas por la condición después de enviado mensajero; pero si las dió de suerte que comiencen á serlo verificadas las nupcias, las reivindicará desde luego habiendo remitido mensaje. Mas si las reivindicare antes de haber enviado mensaje, podrá perjudicar al que las reivindique ó la excepción de dolo, ó la del hecho; porque las cosas destinadas para la dote no deberán ser reivindicadas;

8. CALISTRATO; *Cuestiones, libro II*.—pero si no se hubiere evidentemente convenido esto, se ha de creer, que se conviene que inmediatamente se hagan del esposo las cosas, y que se devuelvan, si no se hubieren verificado las nupcias.

9. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXI*.—Si yo hubiere dado á Seya unas cosas, para que ella misma las diera en dote en su nombre, se harán suyas, aunque no hayan sido dadas en dote; pero estará obligada por la condición. Mas si por ella diera yo las cosas, si verdaderamente antes de las nupcias, importa saber con qué condición las di, si para que al punto se hagan del que las recibe, ó después de verificadas las nupcias; si al punto, las reclamaré por la condición habiendo enviado mensaje, pero si no inmediatamente, podré reivindicarlas, porque las cosas son mías. Por lo cual, también si no pueden verificarse las nupcias por causa de prohibición del matrimonio, las cosas permanecerán mías en el último caso.

§ 1.—Si yo hubiere entregado cosas á alguien para que verificadas las nupcias se hagan de la dote, y yo hubiere fallecido antes de las nupcias, ¿comenzarán acaso á ser de la dote verificadas las nupcias? Y temo que no pueden hacerse del dominio de aquel á quien se dieron, porque después de la muerte comienza el dominio á apartarse de aquel que las dió, porque la donación está pendiente hasta el día de las nupcias, y cuando se verifica la condición de las nupcias, ya el dominio es del heredero, del cual se ha de confesar que contra su voluntad no puede separarse el dominio de las cosas. Pero es más equitativo, que en favor de la dote se imponga al heredero la necesidad de consentir en lo que hizo el difunto, ó que si lo rehusare, ó estuviera ausente, aún no queriendo, ó estando él ausente, se transfiera de derecho el dominio al marido, para que la mujer no quede indotada.

§ 2.—Mas debemos entender dado por causa de dote lo que se dá para la dote.

§ 3.—Pero si se dieran en dote bienes que los Griegos dicen *παράφορα*, [parafernales, dados fuera de la dote], y que los Galos llaman peculio, veamos, ¿acaso se hacen del marido inmediatamente? Y yo opinaria, que si se dieran de modo que se hagan, se hacen del marido; y que cuando se hubiere disuelto el matrimonio, conviene que no se reivindiquen, sino que sean reclamados por la con-

(1) eius, inserta Hal.

(2) et, omitela Hal.

libellus marito detur, ut Romae vulgo fieri videmus; nam mulier res, quas solet in usu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum solet conferre eumque libellum marito offerre, ut is subscribat, quasi res acceperit, et velut chirographum eius uxor retinet, res, quae libello continentur, in domum eius se intulisse. Hae igitur res an mariti fiant, videamus; et non puto, non quod non ei traduntur—quid enim interest, inferantur volente eo in domum eius, an ei tradantur?—sed quia non puto hoc agi inter virum et uxorem, ut dominium ad eum transferatur, sed magis, ut certum sit in domum eius illatas (1), ne, si quandoque separatio fiat, negetur; et (2) plerumque custodia earum maritus repromittit, nisi mulieri commissae sint. Videbimus harum rerum nomine, si non redantur, utrum rerum amotarum, an depositi, an mandati mulier agere possit. Et si custodia marito committitur (3), depositi, vel mandati agi poterit; si minus, agetur rerum amotarum, si animo amoventis maritus eas retineat, aut ad exhibendum, si non amovere eas connisus est.

10. IDEM libro XXXIV. ad Sabinum.—Plerumque interest viri, res non esse aestimatas, idcirco, ne periculum rerum ad eum pertineat, maxime si animalia in dotem acceperit, vel vestem, qua mulier utitur; eveniet enim, si aestimata sint, et ea mulier attrivit, ut nihilominus maritus aestimationem eorum praestet; quoties igitur non aestimatae res in dotem dantur, et meliores, et deteriores mulieri fiunt.

§ 1.—Si praediis inaestimatis aliquid accessit, hoc ad compendium mulieris pertinet; si aliquid decessit, mulieris damnum est.

§ 2.—Si servi sobolem ediderunt, mariti lucrum non est.

§ 3.—Sed foetus dotalium pecorum ad maritum pertinent, quia fructibus computantur, sic tamen, ut suppleri proprietatem prius oporteat, et summissis in locum mortuorum (4) capitum ex agnatis residuum in fructum maritus habeat, quia fructus dotis ad eum pertinet (5).

§ 4.—Si ante matrimonium aestimatae res dotales sunt, haec aestimatio quasi sub conditione est, namque hanc habet conditionem, si matrimonium fuerit secutum; secutis igitur nuptiis aestimatio rerum perficitur, et fit vera venditio.

§ 5.—Inde quaeri potest, si ante nuptias mancipia aestimata deperierint, an mulieris damnum sit; et hoc consequens est dicere; nam quum sit conditionalis venditio, pendente autem conditione mors contingens extinguat venditionem, consequens est dicere, mulieri periisse, quia nondum

dición, y que nõ sean pedidos por la acción de dote, según respondieron por rescripto el Divino Marco y nuestro Emperador juntamente con su padre. Es claro, si se diese al marido el inventario de las cosas, como vemos que vulgarmente se hace en Roma; porque la mujer suele comprender en un inventario las cosas que suele tener en uso en la casa de su marido, y que no dá en dote, y presentar este inventario al marido, para que él suscriba, como si hubiere recibido las cosas, y reteniendo la mujer el quirógrafo de él, que ella llevó á la casa del mismo las cosas que se contienen en el inventario. Veamos, pues, si estas cosas se harán del marido; y no lo creo, no porque no se le entregan,—porque ¿qué importa que, queriéndolo él, se lleven á su casa, ó que se le entreguen?—sino porque no creo que esto se haga entre el varón y la mujer, para que á él se le transfiera el dominio, sino más bien para que conste la certeza de qué fueron llevadas á su casa, á fin de que no se niegue, si alguna vez se hiciera la separación; y las más de las veces promete el marido su custodia, si no hubieran sido encomendadas á la mujer. Veremos si por razón de estas cosas, en el caso de que no se devuelvan, la mujer podrá ejercitar la acción de cosas amovidas, ó la de depósito, ó la de mandato. Y si se encomienda al marido la custodia, podrá ejercitarse la de depósito, ó la de mandato; y si no, se intentará la de cosas amovidas, si el marido las retuviera con ánimo de quitarlas, ó la de exhibición, si no intentó quitarlas.

10. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XXXIV.—Las más de las veces interesa al marido, que no sean estimadas las cosas, para esto, para que no le incumba el riesgo de las cosas, mayormente, si hubiere recibido en dote animales, ó un vestido, que usa la mujer; porque sucederá, si las cosas hubieran sido estimadas, y la mujer las estropeó, que, no obstante, el marido responderá de la estimación de ellas; así, pues, siempre que se dan en dote cosas no estimadas, se mejoran, y se deterioran para la mujer.

§ 1.—Si acreció alguna cosa á predios inestimados, esto redundará en beneficio de la mujer; si algo decreció, es perjuicio de la mujer.

§ 2.—Si los esclavos dieron prole, el lucro no es del marido.

§ 3.—Pero los fetos de las reses dotales pertenecen al marido, porque se cuentan en los frutos, pero de modo que deba antes completarse la propiedad, y que sustituidas con las nacidas otras cabezas en lugar de las muertas, tenga el marido como fruto las restantes, porque le pertenecen los frutos de la dote.

§ 4.—Si los bienes dotales fueron estimados antes del matrimonio, esta estimación está como bajo condición, porque tiene esta condición, si se hubiere verificado el matrimonio; así, pues, verificadas las nupcias, se perfecciona la estimación de los bienes, y se realiza verdadera venta.

§ 5.—Por esto puede preguntarse, si en el caso de que hubieren fallecido antes de las nupcias los esclavos estimados, será de la mujer el perjuicio; y es consiguiente decir esto; porque siendo condicional la venta, pero extinguiendo la venta la muerte que sobreviene estando pendiente la condición,

(1) Vulg.; illata, el código Fl.

(2) quia, inserta Hal.

(3) competierit, Vulg.

(4) Taur. según la escritura original; demortuorum, antigua corrección del código Fl., Br.

(5) Según conjetura nuestra; pertineat, el código Fl.

erat [impleta venditio, quia aestimatio venditio est.

§ 6.—Si res in dotem datae fuerint, quamvis aestimatae, verum convenerit, ut aut aestimatio, aut res praestentur, si quidem fuerit adiectum: «utrum mulier velit» (1), ipsa eliget, utrum malit petere rem, aestimationemve (2); verum si ita fuerit adiectum: «utrum maritus velit», ipsius erit electio; aut si nihil de electione adiciatur, electionem habebit maritus, utrum malit res offerre, an pretium earum. Nam et quum illa, aut illa res promittitur, rei electio est, utram praestet. Sed si res non extet, aestimationem omnimodo maritus praestabit;

11. PAULUS libro VII. (3) ad Sabinum.—sane et deteriore factam reddere poterit.

12. ULPIANUS libro XXXIV. (4) ad Sabinum.—Si res aestimata post contractum matrimonium donationis causa approbetur, nulla est aestimatio, quia nec res distrahi donationis causa potest, quum effectum inter virum et uxorem non habeat; res igitur in dote remanebit. Sed si ante matrimonium, magis est, ut in matrimonii tempus collata donatio videatur; atque ideo non valet.

§ 1.—Si mulier se dicat circumventam minoris rem aestimasse, utputa servum, si quidem circum in hoc vendita est (5), quod servum dedit, non tantum in hoc, quod minoris aestimavit, (6) in eo acturam, ut servus sibi restituatur (7); enimvero si in aestimationis modo circumventa est, erit arbitrium mariti, utrum iustam aestimationem, an potius servum praestet. Et haec, si servus vivit; quodsi decessit, Marcellus ait, magis aestimationem praestandam, sed non iustam, sed eam, quae facta est, quia boni (8) consulere mulier debet, quod fuit aestimatus; ceterum si simpliciter dedisset, proculdubio periculo eius moreretur, non mariti. Idemque et in minore circumventa Marcellus probat. Plane si emtorem habuit mulier iusti pretii, tunc dicendum, iustam aestimationem praestandam; idque duntaxat uxori minori annis praestandum Marcellus scribit. Scaevola autem in marito notat, si dolus eius adfuit, iustam aestimationem praestandam; et puto verius, quod Scaevola ait.

§ 2.—Si cum marito debitore (9) mulier pacta sit, ut id, quod debeat, in dotem habeat, dotis actione scilicet eam agere posse existimo; licet enim ipso iure priore debito liberatus non sit, sed tamen exceptionem habere potest.

13. MODESTINUS libro singulari de differentia dotis.—Si mulier post divortium, antequam ex stipulatu de dote agat, ad eundem virum fuerit reversa, constantius dicitur, per doli exceptionem

es consiguiente decir, que perecieron para la mujer, porque aún no se había perfeccionado la venta, porque la estimación es venta.

§ 6.—Si se hubieren dado en dote bienes, aunque estimados, pero se hubiere convenido que se den ó la estimación ó los bienes, si verdaderamente se hubiere añadido: «según quiera la mujer», ella misma elegirá, si prefiere pedir los bienes, ó la estimación; pero si se hubiere agregado de este modo: «como quiera el marido», será de él mismo la elección; ó si no se expresara nada respecto á la elección, tendrá el marido la elección de si prefiere ofrecer los bienes, ó su precio. Porque también cuando se promete una ú otra cosa, es del deudor la elección de cuál de las dos haya de entregar. Pero si no existiera la cosa, el marido entregará de todos modos su estimación;

11. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—y podrá ciertamente devolver lá que se haya deteriorado.

12. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIV.*—Si se probara que la cosa fué estimada por causa de donación, después de contraído el matrimonio, es nula la estimación, porque no puede enajenarse una cosa por causa de donación, como quiera que no tenga eficacia entre marido y mujer; así, pues, la cosa permanecerá en dote. Pero si antes del matrimonio, es más cierto que la donación se refirió al tiempo del matrimonio; y por lo tanto no es válida.

§ 1.—Si la mujer dijera que habiendo sido ella engañada estimó en menos una cosa, por ejemplo, un esclavo, si verdaderamente fué engañada en haber dado el esclavo, no tanto en haberlo estimado en menos, habrá de ejercitar por esto la acción, para que se restituya el esclavo; pero si fué engañada en la cuantía de la estimación, estará al arbitrio del marido, si entregará la estimación justa, ó si preferentemente el esclavo. Y esto, si vive el esclavo; pero si falleció, dice Marcelo, que se ha de entregar más bien la estimación, pero no la justa, sino la que se hizo, porque la mujer debe tener por bueno, que haya sido estimado; pero si lo hubiese dado simplemente, sin duda alguna que moriría á riesgo de ella, no del marido. Y lo mismo aprueba Marcelo también respecto de la menor que fué engañada. A la verdad, si la mujer tuvo comprador por el justo precio, entonces se ha de decir, que se ha de entregar la estimación justa; y escribe Marcelo, que esto se le ha de conceder solamente á la mujer menor de edad. Pero observa Scévola respecto al marido, que si intervino dolo suyo, se ha de entregar la estimación justa; y tengo por más verdadero lo que dice Scévola.

§ 2.—Si la mujer hubiera pactado con el marido deudor, que tenga en dote lo que le deba, creo que puede ella ejercitar ciertamente la acción de dote; porque aunque de derecho no se haya liberado de la primera deuda, puede sin embargo tener excepción.

13. MODESTINO; *De la diferencia de la dote, libro único.*—Si la mujer después del divorcio, antes que ejercitara en virtud de lo estipulado la acción de dote, se hubiere vuelto con el mismo marido,

(1) volet, Hal.

(2) Según conjetura Br.; aestimationem, el códice Fl.

(3) Vl., Hal.

(4) XXXI., Hal.

(5) Taur. según la escritura original; in hoc circumventa est, según corrección del códice Fl., Br.

(6) sed etiam, inserta la Vulg.

(7) Hal. Vulg.; restituatur, el códice Fl.

(8) quia in hoc boni viri arbitrium, Vulg.

(9) debitoris, Hal.

inefficacem fieri ex stipulatu actionem, usque quo matrimonium durat.

14. ULPIANUS *libro XXXIV. ad Edictum.*—Si rem aestimata[m] mulier in dotem dederit, deinde ea moram faciente in traditione in rerum natura esse desierit, actionem eam habere non puto.

15. POMPONIUS *libro XIV. ad Sabinum.*—Quod si per eam non stetisset, perinde pretium aufert, ac si tradidisset, quia quod evenit, emtoris periculo est.

16. ULPIANUS *libro XXXIV. (1) ad Sabinum.*—Quoties res aestimata in dotem datur, evicta ea virum ex emto contra uxorem agere et quidquid eo nomine fuerit consecutus, dotis actione soluto matrimonio ei praestare oportet; quare et si duplum forte ad virum pervenerit, id quoque ad mulierem redigetur. Quae sententia habet aequitatem, quia non simplex venditio sit, sed dotis causa, nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris; sufficit enim maritum indemnem praestari, non etiam lucrum sentire.

17. PAULUS *libro VII. ad Sabinum.*—In rebus dotalibus virum praestare oportet tam dolum, quam culpam, quia causa sua dotem accipit; sed etiam diligentiam praestabit, quam in suis rebus exhibet.

§ 1.—Si re aestimata data nuptiae secutae non sint, videndum est, quid repeti debeat, utrum res, an aestimatio. Sed id agi videtur, ut ita demum aestimatio rata sit, si nuptiae sequantur, quia nec alia causa contrahendi fuerit; res igitur repeti debeat, non pretium.

18. POMPONIUS *libro XIV. ad Sabinum.*—Si mancipia in dotem aestimata accepisti, et pactum conventum factum est, ut tantidem aestimata divortio facto redderes, manere partum eorum apud te Labeo ait, quia et mancipia tuo periculo fuerint.

19. ULPIANUS *libro XXXIV. (2) ad Sabinum.*—Etiam si alii iussu mariti dos detur, nihilominus maritus de dote obligatur.

20. PAULUS *libro VII. ad Sabinum.*—Iulianus scribit, valere talem stipulationem: «quum morieris, dotis nomine tot dari», quia et pacisci soleant, ne a (3) viva exhibeatur; quod non esse simile accipi; aliud est enim differre exactionem, aliud ab initio in id tempus stipulari, quo matrimonium futurum non sit; idque et Aristoni, et Neratio, et Pomponio placet.

21. ULPIANUS *libro XXXV. ad Sabinum.*—Stipulationem, quae propter causam dotis fiat, con-

se dirá como más cierto, que por la excepción de dolo se hace ineficaz la acción de lo estipulado, mientras dura el matrimonio.

14. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIV.*—Si la mujer hubiere dado en dote una cosa estimada, y después, siendo ella morosa para hacer la entrega, hubiere dejado de existir la cosa, no creo que ella tenga acción.

15. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XIV.*—Pero si en ella no hubiese consistido, percibe el precio lo mismo que si hubiese hecho la entrega, porque lo que sobreviene está á riesgo del comprador.

16. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIV.*—Siempre que se dá en dote una cosa estimada, habiéndose hecho su evicción, ejercita el marido contra la mujer la acción de compra, y todo lo que por tal título hubiere conseguido debe entregárselo á ella por la acción de dote, disuelto el matrimonio; por lo cual, también si acaso hubiere ido á poder del marido el duplo, este se le devolverá igualmente á la mujer. Cuya opinión es equitativa, puesto que la venta no es simple, sino por causa de dote, y no debe lucrarse el marido con perjuicio de la mujer; porque basta que se responda de la indemnidad del marido, pero no también que realice lucro.

17. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Respecto á los bienes dotales el marido debe prestar así el dolo, como la culpa, porque por su causa recibe la dote; pero prestará también la diligencia, que pone en sus propias cosas.

§ 1.—Si habiéndose dado una cosa estimada no se hubieran verificado las nupcias, se ha de ver, qué deba repetirse, si la cosa, ó la estimación. Pero parece que se trata esto, que solamente se considere ratificada la estimación, si se verificaran las nupcias, porque tampoco hubo otra causa de contratar; luego deberá repetirse la cosa, no el precio.

18. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XIV.*—Si recibiste en dote esclavos estimados, y se hizo el pacto convenido, que devolverías, hecho el divorcio, otro tanto de lo estimado, dice Labeo, que el parto de ellas queda en tu poder, porque también los esclavos estuvieron á tu riesgo.

19. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIV.*—Aunque por mandato del marido se dé á otro la dote, el marido sin embargo se obliga por la dote.

20. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—Escribe Juliano, que es válida esta estipulación: «que cuando mueras, se dé tanto en calidad de dote», porque también suelen pactar, que no sea pagada por tal persona mientras viva; lo que entendí que no es igual; porque una cosa es diferir la exacción, y otra estipular desde un principio para aquel tiempo en que no haya de subsistir el matrimonio; y esto les parece bien á Ariston, á Neracio y á Pomponio.

21. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXV.*—Es sabido, que la estipulación que se ha-

(1) XXXV., *Hal.*

(2) XXXV., *Hal.*

(3) ea, *Hal.*

jtat habere in se conditionem hanc, «si nuptiae fuerint secutae», et ita demum ex ea agi posse, quamvis non sit expressa conditio: «si nuptiae», constat (1); quare si nuntius remittatur, defecisse conditio stipulationis videtur,

22. PAULUS libro VII. ad Sabinum.— et licet postea eidem nupserit, non conualescit stipulatio.

23. ULPIANUS libro XXXV. ad Sabinum.— Quia autem in stipulatione non est necessaria dotis adiectio, etiam in datione (2) tantundem ducimus.

24. POMPONIUS libro XV. ad Sabinum.— Si filiafamilias nuptura ex peculio, cuius administrationem habet, dotem viro dedit, deinde quum in eadem causa peculium eius esset, divortium fecerit, dos ei recte solvitur, quasi a quolibet peculiarari debitore.

25. PAULUS libro VII. ad Sabinum.— Si ei nuptura mulier, qui Stichum debebat, ita cum eo pacta est: «pro Sticho, quem mihi debes, decem tibi doti erunt», secundum id, quod placuit, rem pro re solvi posse, et liberatio contingit, et decem in dotem erunt, quia et permutatio dotium conventionem fieri potest.

26. MODESTINUS libro I. Regularum.— Ita constante matrimonio permutari dotem posse dicimus, si hoc mulieri utile sit, si (3) ex pecunia in rem, aut ex re in pecuniam, idque probatum est;

27. ULPIANUS libro XXXVI. (4) ad Sabinum.— quod si fuerit factum, fundus vel res dotalis efficitur.

28. PAULUS libro VII. ad Sabinum.— Post nuptias pater non potest deteriorem causam filiae facere, quia nec reddi ei dos invita filia potest.

29. ULPIANUS libro XXXVI. ad Sabinum.— Quum pater dotem pro filia promittit, et dotem legat, si quidem marito legavit, videndum est, an legatum valeat. Et non puto valere, nam quum creditor debitor legat id, quod debet, nullum legatum est. Quodsi filiae legavit, valet legatum; dos enim ex promissione marito debetur, legatum filiae. Et si quidem hoc animo testatorem esse filia ostenderit, ut duplicaret ei legatum, habebit utrumque, dotem, quam maritus persecutus fuerit, et legatum ex causa legati. Quodsi alterutrum voluit habere, si mulier legatum petat, opposita doli exceptione non alias cogetur ei heres legatum solvere, quam si caverit, indemnem hoc nomine heredem futurum adversus maritum ex promissione agentem; sed si maritus agat, nihil de indemnitate eum cavere oportebit, verum mulier post eum agens exceptione repellitur, quia semel dos praestita est.

ce por causa de dote contiene en sí esta condición, «si las nupcias se hubieren verificado», y que así puede reclamarse solamente en virtud de ella, aunque no se haya expresado la condición «si las nupcias»; por lo cual, si se enviara mensajero, se considera que faltó la condición de la estipulación,

22. PAULO; Comentarios á Sabino, libro VII.— y aunque después se hubiere ella casado con el mismo, no convalece la estipulación.

23. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXXV.— Mas como en la estipulación no es necesaria la expresión de la dote, otro tanto consideramos también respecto á la dación.

24. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XV.— Si la hija de familia, que está para casarse, dió dote al marido del peculio cuya administración tiene, y después, permaneciendo su peculio en la misma situación, se hubiere divorciado, legitimamente se le paga á ella la dote, como por cualquier deudor del peculio.

25. PAULO; Comentarios á Sabino, libro VII.— Si la mujer que se habia de casar con quien debía dar á Stico, pactó con él en esta forma: «en lugar de Stico, que me debes, tendrás diez en dote», conforme á lo que se estableció, puede pagarse una cosa por otra, y se verifica la liberación, y los diez estarán en dote, porque también puede hacerse por convención permuta de dote.

26. MODESTINO; Reglas, libro I.— Durante el matrimonio, decimos que la dote puede permutarse de este modo, si esto fuera útil para la mujer, si la permuta es de dinero por una cosa, ó de una cosa por dinero; y esto así se admitió;

27. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXXVI.— y si se hubiere hecho esto, el fundo ó la cosa se convierte en dotal.

28. PAULO; Comentarios á Sabino, libro VII.— Después de las nupcias no puede el padre hacer peor la causa de la hija, porque ni puede devolvérsele la dote contra la voluntad de la hija.

29. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXXVI.— Cuando el padre promete dote por la hija, y lega la dote, si verdaderamente la legó al marido, se ha de ver, si acaso será válido el legado. Y no creo que sea válido, porque cuando el deudor lega al acreedor lo que le debe, es nulo el legado. Pero si la legó á la hija, es válido el legado; porque al marido se le debe la dote en virtud de la promesa, y á la hija el legado. Y si verdaderamente probare la hija que el testador tuvo la intención de duplicarle á ella el legado, tendrá una y otra cosa, la dote, que el marido hubiere reclamado, y lo legado, por causa de legado. Pero si quiso que tuviera una ú otra cosa, si la mujer pidiera el legado, habiéndole opuesto la excepción de dolo, no será obligado el heredero á pagarle el legado de otro modo, que si ella hubiere dado caución de que por tal concepto habrá de quedar indemne el heredero contra el marido que reclame en virtud de la promesa; mas si el marido reclamara, no convendrá darle caución alguna de indemnidad, pero reclamando después de él la mujer, será repelida con excepción, porque ya una vez fué pagada la dote.

(1) constant, Hal. Vulg.

(2) Súplase dotis; donatione, Vulg.

(3) ut, al margen interior del códice Fl.

(4) XXXV., Hal.